



# Contenta.

An 70

1. Job. Eckhardi Observationes philologicae ex Aristophanis Plauto dictioni N. F. illustrandae inferuientes.
2. Christoph. Wollii Diss. de eo, quod sublime est in his Moysi verbis: *ימי שמי עיר, ad Longin. 1785.*
3. Iust. Godofr. Gumpii Diss. de *דברים* in sacris Aesculapii.
4. Sal. Deylingii Eusebianum doctrinae saluifica Systema. (Fide.)
5. Christian. Gottlieb Clugii Diss. de su formula, qua interrogamus infantes ante suam lotionem da
6. Io. Casp. Haferungii Progr. de baptismo typico.
7. Io. Georg. Walchii Diss. de baptizato Christum induente.
8. Eiusd. Historia paedobaptismi quatuor priorum seculorum.
9. Eiusd. Historia paedobaptismi mensis idoneum.
9. — Progr. tempus aduentus messis idoneum.
10. — Controversia de profectione spiritus sancti.
11. — Historia doctrinae de peccato originis.
12. Frid. Andr. Hallbaueri Scriptura Christianae rei facies a Plinio representata.
13. Io. Andr. Dampii Diss. de filia vocis, nefanda diuina emula.
14. Io. Christian. Hebenstreiti Diss. de discrepantia et conseruatu psalmi XLIX. et II. Sam. XXII.
15. Eiusd. Diss. de sacrificio a parricido offerendo, ex leuit. V. 20-26.
15. — de Ispia cap. LXIII. comm. 19. non diuidentis.
16. — de Ispia cap. LXIII. comm. 19. non diuidentis.
17. Christian. Sigism. Georgii Diss. de peregrinis idiotismis ob causas et effectus suos in sermone N. T. Graeco non admittendis.
18. Car. Gottlob Sperbachii Observationes philologicae in nonnulla pentateuchi loca a translatore Wertheimans corrupta.
19. Georg. Laur. Gottlieb Rehdigi Observationes simili.
20. Henr. Adolphi Diss. qua Iudaei. de Dieu aphorismos theologicos falsos et erroneos refutat.
21. Car. Henr. Zebichii Diss. dicta quaedam N. F. ex versione hbraica illustrans.
22. Ioach. Kläden de lingua domini nostri Iesu Christi vernacula.
23. Iust. Georg. Zeltneri Diss. de subiectione Iesu Christi gloriae, ad I. Cor. XV. 22-28.
24. Christian. Gottl. Joeherei Thoma Woolstoni de miraculis Christi paralogismorum examen.
25. Henr. Blausingii Progr. de gradibus academicis.
26. Eiusd. Animaduersiones de *אורי מן הים* ad gen. XII. 67.
27. Io. Vorstii Diatriba de adajis, N. T.
28. Io. Casp. Haferungii Diss. de Bileamo incantatore et propheta periodico.
29. Io. Paschii Gryphus rabbinico-philologicus de schem hammechorasch.
30. Christian. Weisii Systema psalmodum metricum a cel. Anglo Franc. Hare nuper adornatum.
31. Adam. Grenzii Lucubraticio theologica in locum Ioh. VII. 48. 49.
31. Adam. Grenzii Lucubraticio theologica in locum Ioh. VII. 48. 49.
32. Christian. Gottl. Fried. Wobysi Schediaisma de diuortio Iudaeorum, ad Math. XIX. 8. 9.
32. Christian. Gottl. Fried. Wobysi Schediaisma de diuortio Iudaeorum, ad Math. XIX. 8. 9.
33. Io. Gottlieb Bosseckii Memoria Frid. Myconi.
33. Io. Gottlieb Bosseckii Memoria Frid. Myconi.
34. Io. Andr. Schmidii Diss. de regina ex aucto, ad I. reg. X. 1. 199.
34. Io. Andr. Schmidii Diss. de regina ex aucto, ad I. reg. X. 1. 199.
35. Eiusd. de elinguatis mysterium trinitatis predicantibus.
35. Eiusd. de elinguatis mysterium trinitatis predicantibus.
36. Christian. Ern. Schmidii Diss. de promotione academica Iesu eiusq. apostoly peperam tributa.
36. Christian. Ern. Schmidii Diss. de promotione academica Iesu eiusq. apostoly peperam tributa.
37. Christian. Reuschii Progr. Hymni angelliq. ex historia rituum sacrorum illustraty.
37. Christian. Reuschii Progr. Hymni angelliq. ex historia rituum sacrorum illustraty.
38. Erk. Reuschii Progr. Hymni angelliq. ex historia rituum sacrorum illustraty.
38. Erk. Reuschii Progr. Hymni angelliq. ex historia rituum sacrorum illustraty.
39. Christian. Beneh. Michaelis Progr. de Christo filio hominis.
39. Christian. Beneh. Michaelis Progr. de Christo filio hominis.
40. Eiusd. Oratio de Daniela, laudabili exemplo tyroq. trienni academici.
40. Eiusd. Oratio de Daniela, laudabili exemplo tyroq. trienni academici.
41. Eiusd. Oratio de Daniela, laudabili exemplo tyroq. trienni academici.
41. Eiusd. Oratio de Daniela, laudabili exemplo tyroq. trienni academici.
42. Io. Guil. Langii et Dan. Gottlieb Krügeri Epistola de iure uite ac nati, ad exod. XXI. 20. 21.
42. Io. Guil. Langii et Dan. Gottlieb Krügeri Epistola de iure uite ac nati, ad exod. XXI. 20. 21.
43. C. B. Michaelis Diss. de uaticinio Amosi propheta.
43. C. B. Michaelis Diss. de uaticinio Amosi propheta.
44. C. B. Michaelis Diss. de dualy aucty purgationi leprosi destinatis, eamundemq. mysterio, ad
44. C. B. Michaelis Diss. de dualy aucty purgationi leprosi destinatis, eamundemq. mysterio, ad
45. Io. Georg. Leuil. XIV. 1-8.
45. Io. Georg. Leuil. XIV. 1-8.

49.  
שש  
DISSERTATIO THEOLOGICA,  
DE  
**STATV**  
**INTEGRITATIS,**  
QVEM  
**IOANNIS LOCKII**  
CHRISTIANISMVS RATIONABILIS  
TRADIT,

*AVSPICE DIVINO NYMINE*  
CONSENTIENTE MAXIME REVER. THEO-  
LOGORVM ORDINE,  
PRAESIDE

**DN. D. IOANNE CHRISTIANO**  
**BVRGMANN,**

THEOL. PROF. P. O. ET. AD. AED. SP. S. PASTORE,  
*IN ACADEMIA V ARNO-BALTHICA,*  
H. LCQVE CONSVETIS,  
A. C. *MDCCCLXXXVI.* D. XXV, AVGVST.  
PVBLICE DISCEPTANDA,

ABS  
AVCTORE ET RESPONDENTE,  
**ZACH. DAVID SCHVLEMANN,**  
SVLZA - MEGAPOLITANO.

---

**R O S T O C H I I,**  
Typis IO. IAC. ADLERI, SERENISS. PRINC.  
& ACAD. Typographi.

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE  
STATU

INTEGRITATIS

JOHANNIS LOCKII

CHRISTIANI RATIONABILIS

AVANCE D'UN VOYAGE

CONSENTIRTE MAXIME REVE THEO-

LOGORVM ORDINE

PRÆFATIO

DR. D. JOHANNES CHRISTIANO

BERGMANN

THEOLOG. PASTOR. ET AD. S. PASTOR.

IN MONTENAPOLIENSIS R. C. C. PASTOR.

H. L. C. C. C. C. C.

AVANCE D'UN VOYAGE

CONSENTIRTE MAXIME REVE

LOGORVM

JACOB DAVID SCHULZEMANN

AVANCE D'UN VOYAGE

CONSENTIRTE MAXIME REVE

LOGORVM ORDINE

PRÆFATIO

55



V I R O.  
NOBILISSIMO. CONSULTISSIMO.  
AMPLISSIMO. PRUDENTISSIMO.

DOMINO.  
GEORGIO. HENRICO.  
GERCKENIO.

ICTO. CELEBERRIMO.  
REIPUBLICAE. LVBECENSIS.  
IMPERIALIS. LIBERAE,  
SENATORI. LONGE. MERI-  
TISSIMO.

DOMINO. MAECENATI,  
ATQVE. PATRONO,  
HVMILLIME. DEVENERANDO.

) ( 2

SPECIMEN, HOC. THEOLOGICVM,  
DEMISSE. OFFERT. ET, CONSECRAT.  
TANTO, MV SARVM, FAVORI, ET, STA-  
TORI INCLYTIQVE. STIPENDII,

SCHABELIANI,

EPHORO. GRAVISSIMO.  
STVDIORVM, SI QVAE. SVNT. RATIONEM,  
REDDITVRVS.

SVMMOQVE. IPSIVS. PATROCINIO,

QVAM. OBSEQVIOSISSIME, SE,  
COMMENDATVRVS.

ZACHARIAS. DAVID. SCHVLEMANN.

AVCTOR. ET. RESPONDENS.

DISSERTATIO THEOLOGICA,  
DE STATV INTEGRITATIS  
IO. LOCKII.

CONSPECTVS.

- §. I. De JO. LOCKIO, eiusque christianismo rationabili generatim agitur.
- §. II. Nouum ex mente LOCKII Systema Deistis oppositum hoc libello comprehenditur, cum tamen erroribus pridem venditatis scateat. Vtrum Socinianis; an Arminianis faueat, disquiritur? Scopus est religio vniuersalis, omnibus admodum a, quo respectu Latitudinariis, Indifferentistis, Syncretistis adsceretur LOCKIUS. Periculosissimus est liber, nondum tamen a nostratium quocumque confutatus, Instituti ratio.
- §. III. Duo tantum bona statui in regni atis vindicari LOCKIUS: vitam perennem in Paradiso, & felicitatem corporalem atque externam.
- §. IV. Opinio haec LOCKII systematice recitatur.
- §. V. *Επιλογισ* subiungitur.
- §. VI. Imago diuina iuxta LOCKIUM in sola consistit immortalitate.
- §. VII. Sententia haec ex Systemate propriis que verbis auctoris declaratur.
- §. IIX. Quoad immortalitas ad imaginem diuinam reuocari possit, disceptatur?
- §. IX. Hypothesi Lockianae nec Adami nomen Luc. III. v. 38. fauere; nec suppositum LOCKII, quod omnes filii DEI sunt immediati, quoad immortalitatem, diuinam imaginem gerant, rem conficere, docetur.
- §. X. Ad locos Geneleos strictim responderetur. Verba PAULI Col. I. v. 15. 17. ex instituto vindicantur.
- §. XI. Nil LOCKIUM ex voce Apostoli Rom II. v. 29. lucrari, ostenditur.
- §. XII. Dictum Act. XIII v. 32. 33. collato Ps II. v. 7. perpetram in subsidium vocari, demonstratur.
- §. XIII. Quae ex filiatione crediturum Rom II. v. 15. 16 17; ex fraternitate cum CHRISTO Matth. XXV. v. 40; ex manifestatione Patris per Filium, Matth.

DISSERTATIO THEOLOGICA.

- Matth. XI. v. 27. deriuantur, inania & precaria esse, comprobatur.
- §. XIV. Obiectiones ex I. Cor. XV. v. 54. coll. v. 42. 43. 44. nec non Luc. XX. v. 35. 36. peritae discutiuntur.
- §. XV. Obsequium perfectum abs homine in statu integritatis perstituro LOCKIUS poscit; sed vires id perficiendi non admittit.
- §. XVI. Prior sententia, quae cum errore de merito bonorum operum connectitur, recensetur.
- §. XVII. Posteriorem ab ipso quidem expresse propositam non esse; sed in ipsius Systemate tamen vere contineri & supponi, perficitur.
- §. XIX. Vtraque succincte perstringitur.
- §. XIX. Finis imponitur dissertationi.



§. I.  
Nter summos doctissimosque viros, quos magna Britannia ingenii optimis abundantissima protulit, locus haud postremus debetur JOANNI LOCKIO, A. MDCCIV. d. 28. Octobr. st. v. defuncto, Politico, Medico & Philosopho, scriptorum non minus varietate & soliditate, quam mentis perspicacia celebratissimo, (a) Maius is procul dubio nomen consecutus esset, si a reformanda Theologia & doctrinis coelestibus licentiose peruertendis, ingenioque nativo, temperamento aetatis atque praeconeceptis opinionibus adtemperandis abstinuisset. Sed qui praestantissimis viris haud insolens deprehenditur lapsus, vt, si quid in

(a) Biographiam eius consignauit IOANN. CLERICVS, amicus LOCKII & admirator perpetuus, *Bibliothecae selectae T. VI. p. 342. seqq.* insertam, & tam Gallice quam Germanice plus simplici vice recusam. Post alios A. MDCCXVI. eam recudi fecit Celeberr. Dn. D. HEVMANNVS (quem nos hac vice sequemur) *Ab. Philos. T. I. P. IV. n. 3. p. 275. seqq.* qui ibidem p. 973. *seqq.* reliquas editiones excitat, quibus addenda est, quae postea opera FRIDERICI GLADOVII Halae 1720. prodierat sub titulo: *Bericht von des weltberühmten und hochgelehrten Engelländers Job. Locke Leben und Schrifften.*



in rebus humanis atque Philosophicis perspiciant, & feliciter emendent, idem in diuinis etiam & supernaturalibus esse sibi datum nec minori successu a se perfici posse, opinentur; id LOCKIO pariter euenit, qui vltimos senectutis ingrauescentis annos studio sanctiori destinauit, (b) quae ab aliis in Theologia sunt tradita, correcturus. Testis est *Christianismus* eius, vt dicitur, *rationabilis*, quem ille primum A. 1701. c. lxxxv. Londini Anglice vulgauit sub titulo: *The Reasonableness of christianity as deliuered in the scriptures*, eodem sermone postea recusum. Excepit primam editionem Anglicanam anno proximo sequente 1701. c. lxxxv. i. LOCKIO conficio, (c) interpretatio Gallica Amstelodami excusa, auctore PETRO COSTEO sub titulo: *Que la Religion Chrétienne est très-raisonnable, &c.* Prodiit etiam Gallicae altera pars ibidem 1701. c. c. l. i. i., in qua leguntur responsa LOCKII ad obiectiones STILLINGFLEETI, IOANNIS EDWARDI aliorumque, quae separatim Anglice prodierant (d) Secunda editio Gallica, (e) quae Amstelodami 1701. c. ccxv. lucem adspexit, duobus constans Tomis, amplificata est non solum sub finem Tomi I. dissertatione irenica sub titulo: *Dissertation où sur les principes du Christianisme raisonnable on établit le vrai & l'unique moyen de réunir tous les Chrétiens, malgré la différence de leurs sentimens*; & sub finem Tomi secundi STEPHANII libello, quem inscripsit: *La religion des Dames*; sed nomen etiam praefert quoddam.

A 2

modo

- (b) *Biographiae* §. 51. p. 1018. : *Er legte sich etliche Jahre vor seinem Tode einig vnd allein auf das Lesen der heiligen Schrift vnd fand darinnen so viel Vergnügen, daß er öfters mit Vngedult bedauert, daß er sich nicht ebe mit mehr Sorgfalt auf selbe geleeget. Von diesem seinem Studio ist das Buch von der Christlichen Religion vnd daß selbe vernunftmäßig sey, eine Frucht &c.*
- (c) Colligo id ex verbis COSTEI translationi praemissis p. VII: *Je n'y ai rien ajouté non plus, excepté quelques transitions fort courtes que la division des Chapitres m'obligeoit de faire; & que l'Auteur n'a pas desapprouvées.*
- (d) Vtor verbis B. IO. ALB. FABRICII *Del. Argument. & Syll. Script. de Veritate Religionis Christianae* Cap. XXIV. p. 498.
- (e) *Recensetur im neuen Bücher-Saal* P. LI. p. 219. se 11.

modo immutarum (f): *Le Christianisme raisonnable, tel qu'il nous est représenté dans l'Écriture sainte.* Nihil ab hac differt editio novissima seu tertia Gallicana Amstelodami MDCCXXXI publicata ad quam, tamquam correctiorem, ipse subinde prouocabo. Integrum opus Lockianum, praefatione LOCKII & COSTEI, ut & additamentis resectis, nouoque praeloquio praefixo, Germanice vertit DN. D. JO. CHRISTOPH. MEINIG Brunswigae MDCCXXXIII sub titulo: *Johann Locks gründlicher Beweiss, dass die Christliche Religion, so wie sie uns in der Heil. Schrift vorgestellt wird, höchstbillig, vernunftig vnd raisonnable sey.* (g)

## §. II.

Non alio consilio hunc libellum exarasse se confirmat LOCKIUS, (h) quam ut Deistis (i) obuiam iret, eosque de veritate religionis Christianae conuinceret, quasi hi profligari nequeant, nisi religio, plerisque mysteriis vel relegatis, vel mutilatis, vel perperam explicatis, rationi conformetur. Neque enim diffidetur LOCKIUS, nouum hoc scripto Systema Theologicum comprehendit. *Le peu*, inquit, (k) *de Satisfaction & de solidité qu'on rencontre dans la plûpart des Systèmes de Théologie qui me sont tombez entre les mains, m'a engagé à ne lire que l'Écriture Sainte, a laquelle tous*

(f) Videatur COSTEI *Avertissement* p. 4. 5. 6. ubi mutati tituli reddidit rationes.

(g) Commemorat D. BVDDEVS *Coll. Hist. Eccles. Recentiss. MSro*, dum LOCKII vitam & scripta recenset, editionem quamdam Germanicam, inter alia scribens C. II. n. 5.: *Es ist so bewandt, dass es wol einer accuraten Vatersuchung brauchet, vnd auch bey uns in Deutschland, weil die deutsche Version von vielen gelesen wird, die bald dadurch auf seltsame Gedancken können geführt werden.* Sed hanc ignotam esse mihi, fateor.

(h) *T. II. Obiect. IV. p. 240.*: *C'est principalement pour convaincre les Déistes de la vérité de la Religion Chrétienne, que j'ai composé mon livre.*

(i) Deistae in Anglia dicuntur, qui Naturalistae apud nos sensu strictiori vocantur. Interpretatur hoc sensu vocem COSTEVS *T. II. p. 44.* \* inquit: *Ce mot se prend ordinairement dans un sens odieux pour désigner un homme qui rejette toute Religion révélée.*

(k) *Vid. Praefat. Auctoris p. 1.*

vous les Théologiens appellent, pour y chercher la connoissance de la religion Chrétienne. Voici maintenant ce que j'y ai trouvé après une recherche exacte & sincere. Quo ipso, quantum sibi tribuat, Theologis omnibus, quos contemtum habet, oculator, nemo non videret. Ego vero, ut hoc credam vix a me possum obtinere, siue singulas doctrinas, ante ipsum haud ignotas; siue Systema pridem maximam partem ab aliis iam venditarum spectem. Vtrum vero ad Naturalistas & Socinianos; an ad Indifferentistas & Latudinariorum propius aceedat, disputari potest? (l) Constat, LOCKIUM vix publicato Christianismo rationabili, in Anglia in Socinianismi suspicionem tam a JOANNE EDVARDO, quam alia occasione data, ab EDVARDO STILLINGFLEETO vocatum esse, de quorum & LOCKII amœbaeis scriptis comparari potest. Celeberr. D. D. PFAFFIVS, (m) Sed labem adpersam oppositis Apologus omni contentione abstergere nisus est, scripta Socinianorum vniquam se legisse inficiatus. (n) Eo ex vero, si vel maxime concedatur, nil aliud sequitur, quam quod LOCKIVS ex Socinianorum scriptis errores suos non hauserit, Nondum inde tamen efficitur, eundem Socinianismum, saltem ex parte, haud fouere. Potuitne fama aut ex aliorum lectione vel relatione illum adeptisse, in animum intromisisse, dum librum pertexuit, in memoriam reuocasse, & quandoquidem sua ista putauit esse *επινοηματα*, tanquam a se reperta Systemati inferuisse? Potuitne eodem modo, quo Sociniani, ratione abuti, prout alias, qui nullo commercio, nulla societate coniuncti sunt, in eandem sapientius opiniones inci-

A 3

- (l) Celeberr. D. D. WALCHIVS in der Einleitung in die Religions Streitigkeiten außser der Evangelisch-Lutherischen Kirche P. V. Cap. VII. §. 57. p. 298. 299. scribit: Er ist in Sthen so die Chyristliche Religion betreffen, zu weit gegangen, das er auch bald des Naturalismi und Socinianismi; bald des Indifferentismi beschuldiget, und unter die Latitudinarios gesetzt worden.
- (m) Introd. in Hist. Theol. Liter. P. II. Lib. III. p. 291. 292.
- (n) P. II. Object. IV. p. 207. seqq. ubi inter alia p. 214. adfirmat: Je n' ai jamais lu une seule page des livres de Schlichtingius ou de Socin. Paulo liberius haec vertit D. MEINIG. p. 214. Ich kan mit Grund der Wahrheit sagen, das ich noch nie eine einzige Seite von den Büchern Schlichtingii oder Socini gelesen.

incidere deprehenduntur? Alii forte contendunt, Arminianis hypothesis LOCKII dogmata equiparanda esse. Quanti fecerit EPISCOPII scripta & quam arcta ipsi cum Arminianis, sigillatim LIMBORCHIO, Remonstrantium Theologo, cui etiam epistolam de tolerantia primam inscripsit, nec non CLERICO intercesserit consuetudo, docet vita (o). Ipse cogitata sua placitis Arminianorum magna ex parte congruere fallus est (p). Sed vix operae pretium est haec disceptare, cum Arminianos recentiores a Socinianis prope abesse, nemo nesciat. Si coniecturae locus est, ab Arminianis laxitatem non minus Theologicam, quam prima Systematis sui rudimenta hausit, quae deinceps, ingenio indulgens, ulterius extendit, & cum Socinianis aliisque erroribus infeliciter copulavit. Scopum autem libri non rectius adsequeris, quam si cum eo epistolas de tolerantia tres, quas intra annos MDCLXXXIV. & MDCLXXXV. publici iuris fecit, componas (q). Scilicet religionem comminiscitur tam vagam & latam, quae cunctis sectis adcommodari possit, quaeque adscita, omnes in concordiam redigi & pacem Ecclesiasticam invicem colere queant. Ipse hinc moriens pronunciauit (r): *Er empfinde in sich eine wahrhaftige Liebe gegen alle Menschen, und eine aufrichtige Vereinigung mit der wahren Kirchen Christi, man möge nun solche abtheilen und mit Nahmen nennen, wie man wolle.* Confirmat id COSTEI dissertatio Syncretistica, qua ex LOCKII principiis, hoc opere propositis, vniuersalis methodus inter omnes sectas paciscendi deducitur (s): *dans la dissertation, ait, qui est à la fin de la premiere Partie de cet ouvrage, j'ai entrepris de faire voir que selon les principes du Christianisme raisonnable, il ne seroit pas difficile de réunir tous ses Chrétiens malgré la difference de leurs opinions.* Quis itaque mirabitur,

(o) §. 26. 33. 35. 36. p. 995. seq. p. 1001. seqq.

(p) Biogr. §. 33. p. 1002.: *Er wunderte sich, dass er sic (die Remonstranten) in vielen Stücken seinen Gedauken so gar nahe treten sähe, und vermeynte nachgehends, dass er desjenigen Lichtes, so er von ihnen bekommen sich zu unterschiedenen Vortheilen gebrauchen könne.*

(q) Eadem opinio sedet Dn. D. MEINIGIO praefas. edit. Germ. pl. b. 7.

(r) Biogr. §. 53. p. 1019.

(s) Auertissement p. VII.

bitur, Indifferentiss & Latitudinariis, ut antea dixi, LOCKIUM adscriptum esse? Vtut autem ista se habeant, paradoxis non solum, sed & pestilentissimis opinionibus librum hunc refertum esse, dissimulari nequit. Recte illustris auctor C. L. B. (t) Praefationis praemissae IACOBI ABBADIE *Triumphirender Christlichen Religion Germanice conuersae* (u): *Ob ich wol die bey erfolgten Widerspruch gethane Bekantnis des Autoris in ihrem Wehrt lasse: dasi er nemlich kein Socinianer sey, solcher Leute Schrifften auch niemahls gelesen habe: So werde doch hierinne von allen unpassionirten leichtlich Beyfall erhalten, wenn ich dabey bleibe, dasi solches Scriptum gefährliche Principia bege, vnd es denen Bächern beyzusetzen sey, welche man andern zu recommentiren billig bedenklich hält.* Interpretes ipsi LOCKII placita non adprobant cuncta. COSTEVS scribit: (x) *Pour moi je prendras la Liberté de déclarer ici, que je n'adopte pas tous les raisonnemens de M. Locke, quoi que je me sois donné la peine de mettre son livre en François. On en verra des preuves en un ou deux endroits de cette nouvelle édition. Il m'auroit été facile d'en grossir le nombre, si j'eusse voulu critiquer les deux ou trois premiers Chapitres du Premier Volume, où sur des explications de quelques Passages de l'Ecriture, assez incertaines, Mr. Locke s'est engagé dans des raisonnemens qui ne paroissent pas fort solides.* Pari ratione DN, D. MEINIGIVS (y) iudicat: *Das kann nicht geleugnet werden, dasi er in Erforschung vbernatürlicher Dinge den Glauben betreffend denen Kräfte seines natürlichen Verstandes zu viel getrauet.* Quae cum ita sint, admiratio subire quem possit, librum istum, qui in omnium versatur manibus, a nemine haectenus in Germania data opera confutatum esse. Equidem celebris ille Reformator Berolinensis PHILIPPVS NAVDEVS, dum octodecim abhinc annis commentarium BAELII Philosophicum refellendum sibi sumsit, LOCKII quoque Christianissimum rationabilem peculiari libro se

excutere

(t) Latet sub his literis BILLERBECKIVS, Consiliarius Regis Magnae Britanniae. Vid. B. FABRICIVS de veritate Rel. Cl. viij. C. XXX. p. 556.

(u) *Edis. II. Germ. c180cccxxi. §. 19.*

(x) *Avertissement p. III. IV.*

(y) *Praef. plag. b. 4. qui in sequentibus vberius haec exsequitur.*

excutere velle pollicitus est, quod vt adhuc fiat, nuper exoptarunt Celeberrimi Dnn. Auctores *der fortgesetzten Sammlung von alten und neuen* (z). Sed spes, quae hactenus frustrata nos est, post tot annorum decursum prorsus decollasse videtur. Non is ego sum, qui tantae molis opus in me recipere, aut cum tanti acuminis viro congregi sustineam. Attamen dum virorum me longe maiorum & doctorum etiam nunc desideramus lucubraciones, vitio mihi datum haud iri, reor, si Theologiae Lockianae specimen quoddam & quidem in illustri doctrinae sanctioris articulo, qui statum integritatis tradit publicae ventilationi expositurus, noxii libri oppugnandi periculum cum DEO faciam. Non enim de ratiociniorum humanorum profunditate sed fidei simplicitate hic agetur,

## §. III.

In doctrina coelesti tradenda eam methodum securus est LOCKIUS, quae non paucis probatur. Eos innuo, qui putant, se naturam rerum tum sequi ducem, si primo Systematis Theologici loco felicitatem hominis pristinam expendant. Nos viri eruditi vestigia legentes, dum in fronte libelli huius omnium prima tractatio de statu hominis recens creati faustissimo sese offert, in hoc quoque Theologiae capite operam nostram locabimus. Generatim duo tantum bona fuisse, credit LOCKIUS, quibus homo nondum lapsus nos antecessit: Vita perennis in Paradiso & felicitas corporalis omnis doloris & molestiae expers. Vtraque iuxta eum ex Paradisi vel arboris vitae conditione reperenda erat.

## §. IV.

Antequam inobedientiae erga DEVM sibi contraheret notam humani generis parens, istum, ait LOCKIUS, immortalem perinde ac felicem fuisse. Vtrumque autem, perhibet, ADAMVM peccantem perdidisse, immortalitatem aequae ac felicitatem (a), nec tertium nec quartum addens. Plura vero procul dubio commemorasset bona statui integritatis vindicanda, si plura credidisset, quandoquidem systematice progreditur, & ex his principii non solum statum in-

tegrita.

(z) Im ersten Beytrag des 1734. Jahres p. 94.

(a) C. I. p. 4. il perdit la felicité &amp; l'immortalité tout ensemble conf. p. 9.

tegritatis sed & lapsus & restitutionis declarat, aestimat & deriuat (b) Prius bonum vocat statum immortalitatis in Paradiso (c), nil aliud eo, quantum ex verbis colligi potest, significans, quam, quod homo, si perfectum, quod lege diuina ipsi praescriptum erat, praestitisset obsequium, in Paradiso hoc terrestri perpetuo victurus fuisset (d). Vnde & hominem lapsum Paradiso eiectum & ab arbore vitae remotum, statim mortalem redditum esse, viribusque decreescere coepisse, scribit, mortem actualement haud ita multo post experturum Posteriorius describit tamquam felicitatem corporalem in externa tranquillitate & doloris omnis absentia consistentem, qua inde a tempore defectionis Adamiticae homines omnes priuati sint (e). Non enim aliam felicitatem, quam ex possessione honorum, quae sensus gratiae adficiunt, oriundam, Paradisum primo homini, incolae suo, peperisse, sibi persuadere potuit. Huius autem & arboris vitae virtute geminum istud bonum Protoplastis obtigisse, haud obscure tradit, sedem eius in Paradiso collocans (f) nec aliam ob causam homines peccato-

B

res

- (b) C. I. p. 1. 2. 3. C. XI. p. 227. : Pour pouuoir mieux comprendre combien il est raisonnable, ou plutôt nécessaire, de remplir ces deux conditions, qui sont les seules, que l'Alliance de Grace impose à tous ceux, qui voudront obtenir la vie éternelle, il faut que nous fassions quelque réflexion sur ce, que nous auons dit au commencement de cet ouvrage, touchant l'état d'Adam, auant & après sa chute.
- (c) C. I. p. 9. : Un état d'immortalité dans le Paradis Terrestre.
- (d) C. I. p. 4. : Ce qui montre, que l'état où étoit Adam dans le Paradis Terrestre étoit un état d'immortalité & d'une vie sans fin. En peu d'années: Adam ayant mangé du fruit descendu ne mourut pas, actuellement le jour qu'il en mangea, mais il fut chassé du Paradis & d'auprès de l'arbre de vie: & cela pour jamais. Gen. III. v. 22. de peur, dit l'Écriture, qu'il n'en pât & ne vécût à toujours.
- (e) C. I. p. 8. : Il paroît de là que le Paradis terrestre étoit le siège du bonheur aussi bien que l'immortalité, qu'il n'y avoit dans cet heureux séjour ni fatigue ni chagrin à essuyer, mais que l'homme en ayant été chassé fut exposé aussi-tôt après à la peine, aux ennuis & aux foiblesses de cette vie mortelle &c.
- (f) C. I. p. 4. : Adam perdit le Paradis, en étoit l'arbre de vie joint à une heureuse tranquillité. Comp. nos. a & 6.

res ab eodem excludens, quam quia tam ad Paradisum, quam ad arborem vitae praecclusus iis sit aditus (g).

## §. V.

Quot hic *παράδοξα* cumulentur, nemo non videt. 1. Quando status integri duo tantum recensentur bona, minus principalia & naturalia, corporis & praesentis vitae quidem bona commemorantur, aut principalibus & supernaturalibus, alterius seculi ac animae, praetermissis. Frustra obuertit LOCKIUS (h), comminationem diuinam *Gen. II. v. 17.* de vnica morte temporali capiendam esse, cum, eam spiritualem & aeternam quoque mortem completi, suo loco debeat ostendi, Nec iuuat interferere, non nisi corporales poenas homini inobediendi esse dicitatas, *Gen. III. v. 17. 19.* Nam licet breuitatis causa non aliae indicentur, ex his tamen specialibus reliquae, cum iisdem diuini interdicti connexae facile colliguntur, sicut & alibi in sacris oraculis aperte proponuntur. 2. Hominem sceleris adhuc purum, concedimus, immortalem fuisse sed vitam eius numquam finiendam in his terris speciatim in Paradiso agi debuisse, nemo adgnoscat, (i) nisi deterioris eum conditionis sibi concipere velit, hominibus lapsis, quibus vitam aeternam, visione DEI ac bonis longe praestantioribus

(g) *Cap. I. p. 9 :* Adam ayant été chassé du Paradis, tous ses descendants ont dû naître par cela même hors de cet agréable lieu, éloigné de l'arbre de vie & réduits aussi bien qu'Adam leur Père à une condition mortelle, privés du bonheur & tranquillité, qui se trouuoient dans le Paradis terrestre. *C. II. p. 12 :* Adam ayant donc été chassé du Paradis terrestre, & toute sa postérité naissant par cela même hors de ce lieu de délices, il devoit s'ensuire naturellement de là, que tous les hommes mourroient, & demeureroient pour toujours sous la puissance de la mort & qu'ainsi ils seroient entierement perdus.

(h) *C. I. p. 4. 8.*

(i) Ingressus tamen in eandem ante LOCKIUM est sententiam THOMAS HOBBSIVS, quem notat B. GRAPIVS *Tb. Rec. Contr. Contr. C. VI. Qv. IV. p. 162.* Constat etiam Theologos illos Reformatos Galliae, CAMERONEM atque AMYRALDVM statuisse, in foedere naturali siue primo promissam esse beatitudinem perpetuam, in Paradiso & non in coelo peragendam, cum copia omnium bonorum tam animi quam corporis. Vid. B. LAEGERVS *lure DEI foederali Qv. III. p. 40. seq. p. 47. seq.*



ribus, ac terrena sunt, elucentem in coelis per fidem in CHRISTVM promissam esse, constat. Vt taceam, Paradisum terrestrem tot hominibus, quot naturalis multiplicatio vi benedictionis diuinæ producere potuisset, alendis vix suffecturum fuisse, nisi DEVS alios post alios ad gloriam coelestem transtulisset. 3. Homini incorrupto felicitatem huius mundi haud denegamus, sed externa & corporalia bona minorem tantum eius partem constituisse, patet. 4. Paradisum immortalitatis & felicitatis sedem, illamque arbore vitae, tamquam medio diuinitus ordinato conseruandam fuisse, largimur. Sed nec diffidendum est, ADAMI nondum lapsi naturam ita fuisse comparatam, ut a peccato non secus ac a morte, dolore & molestia immunis fuerit, & semper esse potuerit. Immortalitas enim & felicitas corporalis fructus erat creationis ad imaginem DEI, & absentiae mali moralis. Peccati quidem consequens fuit relegatio ex Paradiso & exclusio ab arbore vitae, sed mortalitatis & calamitatis prima veraque causa non haec, sed illud fuit.

## §. VI.

Ex his immortalitatem non solum ad imaginem diuinam refert, sed hanc immortalitate quoque sola absolui docet LOCKIUS,

## §. VII.

Ne verbo quidem imaginis diuinæ mentio iniicitur a LOCKIO, quando statum hominis ante lapsum data opera persequitur. Ast alia occasione haud obiter de eadem disserit. Mirari quis poterat; sed, re propius inspecta, mirari desinet. Quid opus erat de imagine diuina sigillatim praecipere, cum inter hominis integri bona adlatā iam esset immortalitas: in hac autem iuxta LOCKIUM vnice collocanda sit imago diuina. Creatus enim fuit, si hunc audias, ADAMVS ad imaginem DEI in eo, quod immortalis esset (k): DEIque ima-

B 2

gine

(k) C. XI, p. 227.: *Adam étant le Fils de Dieu, être que St. Luc lui donne expressément dans son Euaugile, Ch. III. 38. il fut fait à la ressemblance & à l'Image de son Père, en ce qu' il étoit immortel.* Adponit D. D. MEINIGIUS vocem: *vornemlich*; dum ita verba postrema vertit: *Er wurde nach dem Bilde seines Vaters erschossen, vornemlich darin, dafs er unsterblich war.* Verum haec nec in textu legitur, nec

gine amissa, loco immortalitatis mortalitatem tamquam imaginem suam ad posteros transmittit (l): Quapropter etiam imago diuina in nobis restauranda non alia poterit esse quam immortalitas (m). Rectissime hinc, si quid iudico, colligitur, imaginem diuinam ex mente LOCKII sola immortalitate absolui. Adeo exacte status institutus, destitutus & restitutus, prout eos describit, hac in parte sibi respondent, ut nullus de hac ipsius sententia relinquatur ambigendi locus. Nec video, quid excipi possit, nisi quod alibi imaginis diuinæ, ad quam primus conditus sit homo, partem vocet immortalitatem. (n) Ex eo namque conici posset, præter immortalitatem, alias adhuc imaginis diuinæ, velut partes, ab ipso admitti. Fateor me haud perpicere, quo pacto hæc cum antea recitatis conciliari possint, cum nullibi, quid ea sibi velint, videam expositum. Siue autem fuci faciendi causa tam ambigue scripserit; siue vocabulum partis, ut postulatum ibi propositum facilius firmaret, inseruerit; siue imaginis nomine sensu Ecclesiastico aut Philosophico hoc loco uratur; siue felicitati externæ quoque locum inter imaginis diuinæ partes assignet:

nec coherentiæ opinionum LOCKII respondere mihi videretur. Eandem sententiam repetit LOCKIUS quando, postquam de immortalitate Christi proximis verbis egerat p. 233, addit: *Cela peut servir en quelque sorte, à expliquer l'immortalité des enfans de Dieu, qui par-là sont semblables à leur Père, étant faits à son image & à sa ressemblance.*

(l) C. XI. p. 227, 228. Comme il viola le commandement qui lui fut donné par ce Père Céleste, il encourut la peine qui étoit due à sa désobéissance, il déchut de cet état d'immortalité & devint mortel. Après cela Adam engendra des enfans, qui furent faits à sa ressemblance & à son image, est-à-dire, qui furent mortels, comme leur Père.

(m) Ibidem: Dieu cependant, par un effet de son infinie miséricorde, voulant, que les hommes, mortels de leur nature, pussent jouir d'une vie éternelle, envoya Jésus-Christ dans le monde &c. Et p. 232: De sorte, que conformes à son image, qui est l'image du Père, nous deviendrons immortels.

(n) C. XI. p. 228: Or que l'immortalité fasse partie de cette image par laquelle ceux, qui ont été immédiatement fils de Dieu, n'ayent point eû d'autre Père que Dieu, ont été rendus semblables à leur Père, non seulement cela paroît probable &c.

adfignet: hoc tamen exploratum est, quae praeter immortalitatem imaginis divinae ambitu comprehendi vult LOCKIUS, ita comparata esse, ut in censum non veniant, aut saltem in systema non insuant, ideoque indigna ab eo reputata sint, quae distinctius enumerentur. Vt igitur immortalitas sola sit id, quod imaginem divinam ex opinione LOCKII proprie constituat.

## §. VIII.

Immortalitas hominis integri tam ad animam, quam ad corpus referri potest. Num utramque, an alterutram, eamque vel animae vel corporis innuat LOCKIUS, dum imaginem divinam in immortalitate consistere putat, distinctius explicare debuisset. Sed generaliter atque indereminare, ut alias, loquitur. Non dubito tamen, quin immortalitatem vtriusque partis hominum essentialis intellectam velit, cum annihilationem animae corporisque (quod offendere, nisi a scopo meo longius esset remotum) lapsus statuat poenam, quam omnes quoque impii sustinere debeant, quoad totum suppositum abolendi, cum vicissim pii per CHRISTVM immortalitatem & animae & corporis rursus consequantur. Sed fallitur LOCKIUS, dum ex utraque divinam, ad quam primus homo creatus est, imaginem componit. Immortalitas namque animae nullatenus imaginem creatoris attingit. Sensu quidem laxiori, quo omne id, in quo homo *θεία* quaedam exprimit, animae immortalitas imago divina potest appellari, siquidem anima tamquam spiritus ab intrinseco principio destrui, corrumpi & in partes resolvi nequit, ut altissimum Numen est spiritus *Jo. IV. 24.* & sua natura (& independenter) *ὁ ἀφθαρτος Θεός, ad Rom. I. 23; ὁ βασιλεὺς τῶν οὐρανῶν ἀφθαρτος, 1. ad Tim. I. 17; ὁ μόνος ἔχων ἀθανασία, 1. ad Tim. VI. 16.* At stilo scripturae sacrae animae perpetuitas imaginis divinae partem constituere nequit. Competit enim animae antecedenter ad imaginem divinam vi essentiae spiritualis, quam illa a DEO habet, (o) Possident animae immortalitatem omnes adhuc homines

B 3

post

(o) Vanus est HENRICVS DOWELLVS, qui animae immortalitatem a spiritu vel gratia sanctificante in baptismo repetit, vid. B. GRA-

post lapsum, cum contra imago diuina per lapsum sit deperdita. Restaurandi sumus ad imaginem DEI cum in hac vita inchoatiue, tum in altera consummatiue, non ad immortalitatem animae, qua vi essentiae, quam DEVS non mutat, pii & impii in hoc seculo gaudent, atque in futuro gaudebunt. Quapropter immortalitas spiritus humani ad imaginem diuinam ADAMO concessam nullo iure reuocari potest. Rectius immortalitas corporis, per quam primus homo moriendi potentia propinqua & proxima casuit (vide eam B. SCHMIDIVS (p) immortalitatem ratione causae vocat) tamquam pars imaginis diuinæ posset adlegari. Immane namque discrimen inter DEI hominisque immortalitatem, quod obiecit LIMBROCHIVS, non impedit, quo minus altera alterius imago possit esse. In imagine enim non omnibus numeris absoluta aequalitas requiritur, sed notabilis quaedam conuenientia ad eam sufficit. (q) Solent hinc vim perpetuo durandi corpori competentem partibus imaginis diuinæ secundariis aut conformitatibus eiusdem cum DEO minus principalibus adensere Theologi. Sed immortalitas corporis sensu biblico non tam est pars imaginis diuinæ, quatenus vt donum intrinsecum spectatur (r) quam ad statum hominis in imagine diuina iam constituti huiusque consequentia pertinet, prout docet B. WERNSDORFIVS. (s) Idem reipsa significat B. SCHMIDIVS (t) qui postquam imaginem diuinam loquendi genere Scripturae

B. GRAPIVS *Theolog. Rec. Contr. Contin. Cap. IV. Qu. II. p. 105. seqq. p. 112. seq.*

- (p) *Tract. de imag. DEI. P. II. C. V. p. 402.*  
 (q) *Conf. Celeb. Dn. D. ZELTNERVS Breviar. Controu. cum Remonstrantibus Controu. XVII. Obiect. V. p. 140. 141*  
 (r) *Accurate, vt semper, B. FECHTIVS Collegio Priuatissimo MS<sup>to</sup> ad h. l. §. III. scribit: Rectius distinguitur inter imaginem diuinam, quae fuit qualitas hominis animae insita, eumque mira nobilitate perficiens & inter statum hominis, in imagine diuina constituti. In hoc plurimum alia decora & axiomata fuerunt, quae tamen ad imaginis ipsius formam non pertinebant.*  
 (s) *Medit. Theol. de reliquiis imaginis diuinæ §. III. VI. VII.*  
 (t) *l. c. P. II. Cap. IV. p. 394, 396. fin. & C. IV. p. 401, vbi de effectibus imaginis diuinæ tractans scribit: Effectus II. immediatus est hominis immortalitas*

pturæ consueto, animæ non essentiã, sed accidentia, eaque interna, non externa, includere monuerat, corporis immortalitatem effectibus imaginis diuinæ adnumerat. Nec obstat, quod corporis immortalitas per lapsum amissa sit. Nam non omne, quod per lapsum amissum est, ad imaginis diuinæ partes essentielles spectat. Ceteroquin amor diuinus, habitatio paradisiaca, aliaque, quibus homo in integritatis statu potitus est, sed peccando excidit, imaginis diuinæ rationem formalem ingredi debuissent. Quando vero LOCKIUS (v) imaginem ADAMI imagini diuinæ oppositam, quam is ad filium propagauit, per mortalitatem exponit, nullo argumento in medium adlatum, tam manifesto principium petit, ut luxuriari magis, quam interpretari cenferi debeat. Solidiora sunt, quæ tradidit B. SCHMIDIVS: (x) *Similitudo DEI in homine*, inquit, *quidnam fuerit, ex oppositione imaginis Adamiticæ intelligi potest: nimirum sicut hæc est naturæ per lapsum & peccatum hominis corruptio, sic illa fuit naturæ per creationem integritas & sanitas: sicut hæc est prauitas cordis, sic illa cordis reëctitudo: sicut hæc est in intellectu coëctitas, in voluntate peruerstas, sic illa in intellectu fuit lux, in voluntate bonitas.* Posito autem, corporis immortalitatem ad imaginem diuinam ipsam utcumque adcedere, tantum tamen abest, ut eam prorsus exhauriat, ut potius in sapientia, iustitia & sanctitate teste SPIRITV S. sit quaerenda.

## §. IX.

Praecipuum opinionis paradoxæ praesidium auctoris in nomine filii DEI, quod Adamo Luc. III. v. 38. imponitur, situm est: *Adam, air, (y) étant le fils de Dieu titre que St. Luc lui donne expressément dans son Évangile Ch. III. 38. il fut fait à la ressemblance & à l' image de son Père en ce qu' il étoit immortel.* Concludendi ratio non alia potest esse, quam hæc: Si ADAMVS DEI

(v) C. XI. p. 228: *Après cela, Adam engendra des Enfants, qui furent faits à sa ressemblance & à son image, c'est à-dire, qui furent mortels, comme leur Père.*

(x) l. c. P. I. C. VII. *Affere. XIII. p. 153.*

(y) C. XI. p. 227.

DEI. nullo alio interveniente, filius fuit, sequitur, quod imago DEI, ad quam conditus erat. immortalitas fuerit. R. 1 In fonte non legitur vox *ὄν*; nec defunt, qui eam ἀπὸ κωνδῦ reperendam esse negant. Quibus si ipse me adiungerem, tota vis argumenti destructa foret. Nec minus causa cecidisset LOCKIVS, si cum Dn. D. RVSIŌ, Ienensium magni nominis Theologo, IESVM, non ADAMVM hic DEI filium adpellari, statueremus. Ita vero is (z): *Nolumus, scribit, cum Syro, Arabe ac Lutbero stylium hic mutare ac sensum facere hunc, quod ADAM dicatur non DEI filius sed a DEO aut eius creatura, de quo quidem nullum plane dubium erat, nec illud adiuicere opus fuisset. Sed repetita eadem, quae in omnibus anterioribus membris subaudiebatur, voce viis, IESVM, non ADAMVM dici putamus DEI filium, idque in propriissima significatione, qua ἔστιν ἄλλιας ἰσογονίας τοῦ πατρὸς αὐδῖτ σαφίπυρ. At cum non sine exemplo & incommode ADAMVS DEI filius vocetur, obseruante Summe Reuer. vastaeque eruditionis viro, Dn IO. CHRISTOPH. WOLFIO (a), vero non ab similem esse Lockianam hanc exegesis ponemus, ut reliquis argumentis, quae huic fundamento superstructa sunt, satisfacere queamus. R. 2 Quo pacto a filio DEI ad imaginem, quae immortalitas fit, concludatur, vix adpareret. Quod si rationem eam adferas, Patrem ADAMI seu DEVM immortalem esse; ergo quoque filium eius ADAMVM morti non succumbere: tum demum rite sese habebit ista argumentatio, si probaueris, nihil, excepta immortalitate, DEO inesse, in quo filius DEI DEVM referre possit. Quod cum fieri nequeat, fallaciam a dicto simpliciter ad dictum secundum quid committi, deprehendes. Sed axiomate quodam seu verius nouo quodam commento intercedit LOCKIVS, nexum propositionis, vt dicitur, maioris, stabiliturus, cuius haec est summa: Quicumque sunt filii DEI immediati, ii DEO conformantur quoad immortalitatem. Hunc enim in modum scribit: (b) *Or que l' immortalité fasse partie de cette image, par laquelle ceux qui ont été immédiatement fils de Dieu, n' ayant point été d' autre**

Pere

(z) *Harm. Euangelist. T. I. L. II. C. I. p. 365.*

(a) *Luris Philol. & Critic. in IV. Euang. ad h. l. p. 607.*

(b) *C. XI. p. 228.*

*Père que Dieu, ont été rendus semblables à leur Père, non seulement ce la paroit probable par les Passages de la Gènese que nous avons indiquèz ci-dessus, touchant Adam, mais il me semble encore qu' on peut le recueillir de quelques expressions du Nouveau Testament qui concernent Iesus, le fils de Dieu.* R. 1. Non sufficit axioma, si vel maxime concedatur, iis euincendis, quae euinci debebant. Ostendendum erat, diuinam imaginem, qua donatus fuit ADAMVS, solam extitisse immortalitatem, quia filii DEI nomen ipsi tribuatur. Sed in axiome nil aliud adseritur, quam quod partem faciat imaginis diuinae, in qua filii DEI immediati supremum Numen exprimant. Quomodo haec cohaerent? quis a parte ad totum rationes subducere licitum existimabit? Adiecto vocabulo partis, regula LOCKII facilius admititur, (qua de causa id h. l. adpositum esse, §. VII suspicatus sum) sed consecutio, quae firmanda erat, extra dubitationis aleam nondum posita est. 2. Precarium est hoc assertum, cum nec in idea DEI nec filii DEI ratio eius contineatur sufficiens. Satius quis argumentaretur: Quicumque filius est DEI, ab ipso nulla intercedente causa media productus, is debet esse rectus & ab omni labe immunis, quoniam a DEO nil vitiosi proficisci potest. Sed quae inter productionem immediatam a DEO factam, & immortalitatem sit connexio necessaria, nec ex ratione sana nec ex reuelatione scripta elici potest. Nonne coeli & terrae immediatus opifex DEVS est, quae tamen aliquando peribunt? R. 3. Quid? quod plane falsum sit placitum istud. Ratio ob quam ADAMVS immortalitate ceu imagine diuina fuit conspicuus haec dicitur esse, quod filius DEI fuit non mediatas, sed immediatus. Ceteroquin omnes impii, qui filii quoque DEI sunt mediatas, immortalitate bearentur quod etiam atque etiam inficiatur LOCKIUS. At diffiteri nemo potest, tam ADAMI posteros, si status integritatis ad eorum memoriam remansisset, quam pios, qui CHRISTVM fide amplectuntur, (quod LOCKIUS ipse largitur) immortales fore. licet vtrique haud immediati sint DEI filii. Quod si canon LOCKII cum veritate congrueret, nullis, nisi qui immediati DEI sunt filii, concedenda immortalitas esset velut imago diuina, quandoquidem eius ratio in filiatione immediata reperitur. Quidquid enim ex immediata DEI fabricatione consequitur, ad alios, qui immediate a DEO fabri-

*Quidquid enim ex immediata DEI fabricatione consequitur, ad alios, qui immediate a DEO fabri-*

cati non sunt, haud est extendendum. Ad quos scilicet non pertinet ratio, ad eos similiter referri nequit effectus.

## S. X.

Age videamus, quo pacto caussae laboranti subueniat peringensiosus ANGLVS. Prouocat ad dicta Geneseos (c), quae ADAMO tamquam filio DEL immediato immortalitatem vindicent. Venditat & CHRISTVM, filium DEL, quem immediate procreauit, alterum, vt talem, immortalitate gaudere atque in eadem, diuinam imaginem, qua elucet, sitam esse. Denique de piis adfirmat, eos per IESVM fieri DEL filios & CHRISTI fratres. Hinc ipsos immortales etiam eoque ipso DEL & CHRISTI imagini conformes fore. De Genesi non est, cur multis disputemus. Perspectum ex ea habemus, tam hominem primum imagine diuina exornatum, quam quoad corpus immortalis illum fuisse. Sed in immortalitate, (eaque sola) imaginem diuinam constituisse, numquam inde probabitur, quippe ab eo, quod ADAMVS possedit, ad imaginem diuinam N. V. C., quemadmodum supra dictum est. Posteriores adseruiones phrasibus quibusdam N. T. corroborare cupit dissentiens, quas separatim igitur expendemus. Primum se recipit (d) ad Col. I. v. 15. vbi CHRISTVS dicitur imago DEL inuisibilis. Hanc in primogenitura omnis creaturae verti, quae statim subiiciatur, LOCKIUS autumat. Primogenituram omnium creaturarum vero exponi v. 18. per primogenituram ex mortuis, seu

per

(c) Loc cit.

(d) L. c. p. 229: Ainsi dans l'épître de St. Paul aux Colossiens, Ch. I. v. 15. il est appelé l'image de Dieu invisible. Le mot d'invisible semble être mis-là, pour empêcher, qu'on ne se figurât grossièrement que Jésus représentoit Dieu par quelque ressemblance corporelle ou visible, à la manière ordinaire des images. Et pour nous faire comprendre le véritable sens de ces paroles, St. Paul ajoute, que Jésus est le premier-né de toute créature, ce qui est expliqué encore plus nettement au verset 18. où il est appelé le premier-né d'entre les morts, par où il fâisoit voir, qu'il est l'image de Dieu invisible, que la mort n'a point de puissance sur lui, mais qu'étant le fils de Dieu & n'ayant point perdu cette filiation par aucune fausse démarche il est bérétyer de la vie éternelle, comme Adam l'auroit été s'il eût continué de rendre à Dieu l'obéissance filiale qu'il lui devoit.



per immortalitatem. R. 1. Πρώτον ψεύδος παρρηγηθείς est, quod LOCKIUS non alium adgnoscat CHRISTVM, quam qui tum demum, cum ex MARIA natus est, existere coepit. Hinc, quae de CHRISTO secundum diuinam naturam pronuntiantur, ad humanam rapit, & quae de humana adfirmantur, ex iis interpretatur, quae ad diuinam spectant. R. 2. Agitur de CHRISTO Θεανθρώπων, isque describitur, partim secundum diuinitatem v. 17. seqq; partim secundum humanitatem v. 17. Patet ex sermonis serie, vt verbis vtar Dn. WOLFF, celeberrimi Theologi Hamburgensis (e), Apostolum, exposita diuinæ, quae in CHRISTO est, naturae maiestate, & potestate, creationis rerum omnium demonstrata, ad humanam naturam, eiusque prae omnibus praerogatiuam & opera progredi, & docere, qualem se in regno naturae ostenderit, talem se etiam praestare in regno gratiae. Ex Patre est genitus ante saecula saeculorum, eorumque, quae sunt, omnium auctor sui & conditor: assumpta vero hominis natura caput est Ecclesiae, quam sibi parauit. Discrimen hoc satis indicat PAVLVS, quando initium dicendi facit ab emphatica phrasi: καὶ αὐτὸς ἐστίν. Vocatur imago DEI inuisibilis secundum diuinitatem, non secundum humanitatem, quippe a qua, dum in tempore demum producta & adsumpta est, non potuerunt profecta esse, quae v. 16. commemorantur (f). Adpellatur imago DEI, non accidentalis, sed essentialis; non per qualemcunque similitudinem, sed per Θεότητος καὶ Θεϊότητος communionem, seu ὁμοουσίαν, ad Hebr. I. v. 3. 2. ad Cor. IV. v. 5. Ex quibus relinquuntur, hac imagine CHRISTI ADAMI imaginem non esse merendam. Nec aliam ob causam nominatur primogenitus omnis creaturae, seu ante omnes creaturas genitus, (g) vt scilicet in ordinem creaturarum non redigatur, (qua ratione haec verba peruertit ARIVS, primam creaturarum λόγῳ statuens,) sed vt vniuersae creaturae numero

C 2

(e) Curis Philol. &amp; Crit. in X. postter. S. Pauli Epist. p. 290.

(f) Vid. B. SCHOMERVS Exegesi in Epist. S. Pauli minores p. 92.

(g) Comp. MAGNIF. ACAD. RECTOR, Celeberr. Dn. D. AEPINVS, Patronus &amp; studiorum meorum formator ad ceteros usque collendus, Dissert. Inaugur. Praef. B. IO. NIC. QVISTORPIO A. MDCCX. habita de titulo Christi, quo ad Col. I. v. 16. dicitur primogenitus omnis creaturae, praecipue C. I. §. 7. p. 13. seq.

mero omnium eximatur, quandoquidem, donec tempora fuerint, non conditus, sed ante res creatas omnes in aeternitate genitus est (h). Quatenus est homo (diuina namque natura nec mori potest, nec mortua est) nuncupatur primogenitus ex mortuis, non quod ante ipsum nemo quisquam mortuorum resuscitatus sit, sed respectu eminentiae, virtutis & efficaciae seu ratione ordinis, causarum & effectuum, dum CHRISTVS non modo solus virtute propria vitam recuperavit, verum etiam sua resurrectione causa & auctor est resurrectionis ceterorum ad vitam beatam & coelestem (i). Quam fallax itaque haec est consecutio: CHRISTVS secundum diuinam naturam est imago DEI inuisibilis & primogenitus prae creaturis cunctis; idem secundum humanam naturam est primogenitus ex mortuis seu immortalis; ergo CHRISTVS vocatur imago DEI, quatenus immortalis est. Taceo, quod primogenitum esse ex mortuis & sua natura immortalem esse non vnum idemque inuoluant.

## §. XI.

Alterum, quo LOCKIUS se communire vult, SPIRITVS S. testimonium ex *Ep. ad Rom. IIX, v. 29.* repetitum, imaginem diuinam, qua CHRISTI, qua piorum, immortalitate terminari euincere debet. Tacite supposito, quod alibi (k) expresse proponit, imaginem CHRISTI ab imagine DEI seu Patris non differre, colligit vtrumque ex ver-

(h) Eruditissimus PAVLYS ERN. IABLONSKI *Dissert. de Christo primogenito* § 25. p. 13. Primogenitum omnis creaturae significare, ait, vniuersalem principem, seu aeternum ac supereminentem Dominum omnis creaturae, postquam aeternam CHRISTI filiationem a Patre in phrasi immediate antecedenti, in qua dicitur: imago inuisibilis DEI praesupponi §. XXIII, p. II. dixerat. Quae sententia cum scopo meo non retrahetur, in eam inquirere non adtinet.

(i) Conf. B. HVNNIVS *Thesauri Apostolici* pag. 624. b. Aliter hanc phrasin explicat IABLONSKI *l. c.* §. XLVIII. LI, p. 29. *seqq.* & scriptores der früh aufgesetzten Früchte der Theologisch. Sammlung. An. 1735. vfl. Beytrag p. 42. *seqq.* Add. D. BVDDEVS *Medit. Pascuali de Christo primogenito ex mortuis, Meditar. sacrarum coniunctis* MDCCXXV. editarum p. 175. praefertim p. 185. *seq.* Mihi hic prolixiori non licet esse.

(k) C. XI. p. 232: *De sorte que conformes à son image qui est l' image du Père, nous deviendrons immortels.*

bis Apostoli, quia in iis de resurrectione tractetur, addens, quod CHRISTVS primogenitus audiat inter multos fratres, tamquam naturalis DEL filius, cum ceteri filii sint adoptati (1). Eadem opera virique illationi falsae (ne eramben semel coctam deinceps recoquere debeamus) satisfieri potest. R. i. Praestruendum est, vocum immortalitatis & vitae aeternae (licet certo respectu idem possint denotare, & hoc sensu damnati tam immortales esse, quam in aeternum viuere dici queant) ex vsu loquendi non vnam eandemque vim esse. Immortales sunt (actu), quotquot non moriuntur aut destruantur. quae ratione damnati omnes sunt immortales. Vita autem aeterna beatorum tantum est, qui coelesti felicitate numquam terminanda fruuntur. Quicumque enim in infernum detrusi sunt, quamuis immortales sint & viuere numquam desinant, ex vsu Scripturae S. mortem aeternae, quae vitae aeternae opposita est, subiacent. Immortalitas subiectorum comitatur quidem vitam aeternam; sed ipsam vitam aeternam nondum absoluit. LOCKIUS autem immortalitatem & vitam aeternam tamquam synonyma semper coniungit, quia impios in die nouissimo annihilatum iri credit, & non aliam statuit immortalitatem, quam quae piis destinata est, seu vitam aeternam, hoc est, perennem & felicem. Resp. 2. Imago diuina, quam participabant pii, non est immortalitas vt sic & simpliciter dicta, quam cum impiis habent communem; sed immortalitas gloriosa, vita seu felicitas aeterna. In eo enim est Apostolus, vt doctrinam CHRISTI profitentes, calamitatibus variis pressos, erigat. Obtinere hunc scopum vix potuisset in animum iis revocans immortalitatem ἀθάλας spectatam, quippe quae damnatis quoque conuenit, eorumque cruciatus

C 3

ciatus

(1) 1. c. p. 229 230: Il semble que c'est encore dans le même sens que cet Apôtre employe le terme d' image en d' autres endroits, comme dans son Epître aux Romains Ch. VIII. v. 29. Ceux qui il a préconnus, & les a aussi prédestinez pour être conformes à l' image de son fils, afin qu'il fût le premier-né entre plusieurs frères. Cette image à laquelle ils doivent être conformes, c'est, ce semble, l' immortalité & la vie éternelle. Car il est à remarquer, que dans ces deux passages St. Paul parle de la résurrection; & qu'il nous dit que Christ est le premier-né entre plusieurs frères, ce d'voin Seigneur étant fils de Dieu par naissance, & les autres ne l' étant que par adoption &c.

ciatus maximo auget opere. Solidior proponenda erat consolatio, quod videlicet res aduersae casu nobis non addicant, sed DEO ita visum sit, electos tum in persecutione, tum in gloria pares reddere vnigenito suo filio (m). Luculentius hoc intelligitur, si integrum sermonis Apostolici argumentum curatius enucleemus. Intento digito, hic monstratur decretum praedestinationis ab aeterno factum. In lingua, qua SPIRITVS S. vitur, non extat vox *ἄριστ*, ordinauit, sed *προῳριστ*, ante (ab initio, ante secula mundi, ab aeterno) praedeterminauit. Postquam enim v. 28. *πρόθεσιν* tamquam principium praedestinationis normans remotum protulerat, mentionem faciens vocatorum iuxta propositum, seu eorum, qui ita obsequuntur vocationi, prout ii debent, quibus vita aeterna decernenda est, coniungit *πρόγνωσιν* seu principium proximum cum ipso decreto, quod Diuus PETRVS vocat electionem secundum praecisionem I. Petr. I. v. 1. 2. Vnde efficitur, praedestinationem ad conformitatem cum imagine DEI nil aliud esse, quam electionem ad gloriam coelestem. Quod & subiecta catena, qua, vti particula causalis indicio est, decretum praedestinationis confirmatur. Huius potestremus gradus est glorificatio, velut effectus decreti. Venit haec gloria coelestis nomine imaginis filii DEI, quia DEI filius huius gloriae compos & particeps factus est, ex quo dura quaecunque perpeffus coelum introit, *Luc. XXIV. v. 26.* Huic imagini propius adcedent filii DEI vera fide vitam finientes, quando regnum coelorum intrabunt. Non innuitur autem gloria infinita filii DEI, quae ex diuinitate per se; ex humanitate per aliud, per vnionem personalem & communicationem idiomatum ad istum redundat, (huius enim finiti homines non sunt capaces, nisi cum nonnullis inter conformitatem & aequalitatem distinguere velis) sed finita, quae CHRISTO, vt homini, cum aliis hominibus communis est (n). Nec aliam ob causam CHRISTVS dicitur primogenitus inter multos fratres, quam quoniam eos antecedit tamquam

Dux

(m) Vid. HVNNIYS *Thef. Apost.* p. 70. b.

(n) Sequor B. LÜTKENIUM *Colleg. Biblico Loco XIII. Dist. I. §. 6. 7.* p. 622. 623.

Dux & Princeps. (o) Nihil igitur his verbis inest, quo effici possit, imaginem vel CHRISTI vel beatorum hoc loco dici immortalitatem. Fingamus autem, vtrumque ex his verbis deriuari posse, nondum tamen obtinuit, quod inde cogere vult, LOCKIVS. Non enim sequitur: imago CHRISTI vt filii DEI est immortalitas; ergo & imago ADAMI est immortalitas. Diuersorum enim subiectorum diuersa potest est imago diuina, atque idem praedicatum, quando de diuersis subiectis, aut vbi de iisdem sub diuerso respectu agitur, adhibetur; diuersam soepenumero patitur adceptionem. Multo minus ita ratiocinari licebit: Beatorum imago quaedam, in qua CHRISTVM referunt, est immortalitas; ergo haec ipsa est sola illa imago, in qua DEVM ADAMVS expressit. Ab imagine huius ad imaginem alterius vitae N. V. C. Haec namque plura complectitur quam illa, 1. Io. III. v. 2. Imago beatorum, in qua CHRISTVM imitabuntur, erit glorificatio corporis, ad ad Phil. III. v. 20; ergo in glorificatione corporis imago quoque huius vitae seu ADAMI consistit? Quis eiusmodi feret ratiocinia?

## § XII.

Denique in subsidium vocat LOCKIVS vocem PAULI Act. XIII. v. 32. 33. (p) quae testetur, CHRISTVM esse filium DEI, idque inprimis ex resurrectione eius, in qua Patris imago, scilicet immortalitas ipsi concessa, fuerit conspicienda, probari, excitato Pf. II. v. 7. Resp. I. Ceterorum argumentorum, quibus CHRISTVS DEI filius verusque MESSIAS comprobatus est, vniuersalissimum

(o) Conf. B. SCHOMERVS Exeg. in Ep. ad Rom. p. 40. & IABLONSKI l. c. §. XLIII. p. 25.

(p) L. c. p. 232-233: *À l'égard de Jesus Christ, on n'a qu'à voir le raisonnement, que Saint Paul fait dans le livre des Actes, Ch. XIII. v. 32. 33. pour reconnoître que la grande preuve que Jesus étoit le fils de Dieu, c'étoit sa résurrection. Ce fut alors que l'image de son Père parus en lui, alors dis-je, qu'il entra visiblement dans un état d'immortalité. Mais voici comment cet Apôtre établit cette vérité: Nous vous annonçons, dit-il, l'accomplissement de la promesse qui a été faite à nos Pères, Dieu nous en ayant fait voir l'effet, à nous qui sommes leurs enfans, en ressuscitant Jesus, selon qu'il est écrit dans le second Pseaume: Vous êtes mon fils; je vous ai engendré aujourd'hui.*

lissimum est resurrectio ex mortuis. Vnde ab Apostolis CHRISTVM adnunciantibus frequenter proponitur & vrgetur, vt *Act. II. v. 24. 32. XVII. v. 18. 31. ad Rom. I. v. 4.* (q) Vis autem probationis in eo quaerenda non est, quod in resurrectione, seu immortalitate, quas paria facere & imaginem DEL continere, male supponit LOCKIUS, manifestata sit filiiati CHRISTI seu imago Patris. Nulli bi scripturarum id legitur, nec rei natura illud exposcit. Atquin etiam Lazarus, iuuenis Nainiticus, filia Iairi, a CHRISTO vitae restituti per resurrectionem immortales filiique DEL facti essent atque diuinam imaginem adcepissent. Sed argumenti huius nerui huc redeunt, quod CHRISTVS, qui se pro DEL filio & MESSIA a DEO misso, gesserat & resurrecturum fore praedixerat, non potuerit non talis haberi, cum praedictioni ex talis responderit euentus, isque praeter hostium, discipulorum & amicorum expectationem propria vi reuixerit (r) Resp 2 Non omne id, ex quo quid adgnoscutur, facit rem talem, qualis esse adgnoscutur. Ex fumo cognoscutur ignis, non autem sit ignis per fumum. Aliud igitur est, ex resurrectione DEL filium adgnoscuti; aliud talem per resurrectionem fieri. Prius de CHRISTO admittimus; posterius negamus. Hoc sensu BENEDICTVS ARCULARIUS (s) scribit: *Psalmi locum Paulus hic de Christi resurrectione exponit, non quod Christus tunc primum filius DEL esse coeperit, cum a mortuis resurrexit: sed quod per resurrectionem DEVS illum palam filium suum declarauerit, cum hostium violentia superatus atque oppressus videretur.* Idque satis exinde adparet, quod *Pf. II. v. 7.* agatur de generatione filii DEL dudum, hodie, ab aeterno facta,

- (q) Docte de hoc argumento aduersus ARTEMONIVM disputat Summe Reuer. Dn. WOLEIVS *Adpend. Cur. Philol. & Crit. in IV. priores S. Pauli Epistolas p. 795. seq.*
- (r) Egregie haec explicuit indeque veritatem religionis, cui coetus, qui a Christo nomen habet, deditus est, adstruxit LOCKII cuius HVMFREDVS DITTON in libro pereleganti, Germanica ciuitate donato a Doctiss. Dn. GOETTENIO, sub titulo: *Die Wahrheit der Christlichen Religion aus der Auferstehung Jesu Christi auf eine demonstratiuische Art bewiesen &c.*
- (s) Commentario in Actus Apostolorum inserto *Tbes. Evangelico B. HVNNII p. 113. a.*

sta; sed resurrectio ex mortuis, tempore demum exiitente, q. . .  
 tim in N. T. peracta sit. Resp. 3. Optimam me iudice ingredi-  
 untur viam, qui *Pf. II. v. 7.* adlegari docent, non vt resurrectio  
 CHRISTI ex mortuis inde repetatur, sed vt pateat, promissio-  
 nem olim factam, in persona CHRISTI nunc impletam esse, dum  
 is ipse MESSIAS, qui nunc exhibitus & missus est, aeternus pro-  
 priusque sit DEI filius. Non enim PAVLVVS *v. 33.* resurrectionem  
 ex mortuis inculcat, sed generatim suscitationem memorat, qualis  
 est, de qua *Deut. XVIII. v. 13. 2. Sam. VII. v. 12.* verba sunt, id  
 est, missionem & exhibitionem. Haec separatur a resuscitatione  
 ex mortuis, cuius dilata mentio fit *v. 34.* adiecta particula aduersa-  
 tiua *De*, nouoque oraculo, quo antea sit significata, excitato. At  
 eniaz vero vberius ista pridem contra Socinianos disceptata sunt a  
 Theologis. (t)

## §. XIII.

Leuioris ponderis sunt, quae a LOCKIO proferuntur, vt cui-  
 dum der, pios, quia DEI filii sunt, immortales futuros, adeoque fi-  
 liorum DEI imaginem diuinam in immortalitate cerni. Summa  
 eorum, quae fusius edisseruntur, haec est: pios per CHRISTVM  
 spiritu adoptionis instrui, DEVM Patrem vocare posse, in DEI fi-  
 lios cooptari, haeredes & cohaeredes CHRISTI fieri, *ad Rom. IIX.*  
*v. 15, 16, 17.* Inde contingere, vt CHRISTVS in die supremo,  
 quotquot per eum ad vitam aeternam aspirant, fratres adpeller,  
*Matth. XXV. v. 40.* & DEO toties in N. T. Patris nomen impona-  
 tur, id quod in V. T. vel plane non vel ad minimum rarissime  
 tantum fiat. Confirmari id ipsum a Salvatore *Matth. XI. v. 27.*  
 Inde provenire filiorum DEI haereditatem, vita aeterna seu immor-  
 talitate eos locupletaturam, *ad Rom. VIII. v. 13. 1. ad Cor. XV. v. 54,*  
*42, 43, 44.* quae immortalitas imago CHRISTI vocetur *1. ad Cor. XV.*  
*v. 49,* & tamquam filiationis diuinæ consequens describitur *Luc. XX.*  
*35, 36.* Fautis haec pertrinxisse sufficit. Credentes per & pro-  
 pter

D

(t) Vid. B. QVENSTEDT *Syst. Theol. Part I. p. 135. a. n. XIII. p. 382.*  
*b. 383. a. B. SCHERZER Coll. Ansi-Socin. p. 169. b. B. LVTKEN Coll.*  
*Bibl. Loc. II. Diss. III. §. 8. p. 10. & saepius laudatus Dn. WOLFIVS*  
*Curis Philol. & Crit. in IV. Euangel. & Act. Apost. ad h. l. p. 1195.*

per CHRISTVM in DEI filios adrogari, SPIRITV adoptionis in-  
 frui, DEO propitio Patre vti, CHRISTI fratres esse, procul Lo-  
 ckianis adfumentis & verbi diuini detorsionibus, bene adseruit.  
 (v) Indoles filiationis, qua gaudent pii, non futuræ tantum vi-  
 tæ, prout LOCKIUS sibi persuasit, (immortalitatem vt sic cum im-  
 mortalitate gloriosa perpetuo miscens.) spem largitur, verum &  
 quamplurima bona huius vitæ, corporalia non secus ac spiritualia,  
 exempli causa, gratiam & amorem DEI, aditum patentem ad Pa-  
 trem celestem cum certa precum auditione, singularem Summi Nu-  
 minis curam, sustentationem, defensionem, exornationem, aliaque  
 secum vehit. Fratres CHRISTI sumus in hac iam vita ob similem  
 cum CHRISTO homine essentiam, ad *Hebr. II. v. 11. 17.* ob eum-  
 dem Patrem, a quo producti sumus naturaliter, *Mal. II. v. 10.* ma-  
 xime vero genitū spiritualiter, *Jo. I. v. 12, 13.* *Jac. I. v. 18.* quem-  
 que prompto veneramur obsequio, *Luc. VIII. v. 21.* ob eiusdem a-  
 moris paterni communionem, ad *Eph. I. v. 6.* *1. Jo. III. v. 1.* ob  
 ejusdem hæreditatis expectationem ad *Rom. VIII. v. 17.* Quo-  
 circa non demum in nouissimo die CHRISTI fratres constituemur,  
 vel quia tunc vita æterna actu donabimur, honorifico isto nomine  
 maclabimur (x) Quod autem DEVS in V. T. raro vel numquam  
 Patris adpellatione insigniatur, (y) non modo falsum est, siqui-  
 dem plurima V. T. loca repugnant, vt *Deut. XXXII. v. 6.* *2. Sam.*  
*VII. v. 14.* *Psal. LXXXIX. v. 27.* *CIII. v. 13.* *Prov. III. v. 12.* *Es.*  
*LXIII. v. 16.* *LXIV. v. 8.* *Jerem. III. v. 4.* *19.* *XXXI. v. 9.* *Mal. I.*  
*v. 6.* *II. v. 10.* Sed etiam figmentum redolet Socinianorum & Ar-  
 minia-

- (v) C. XI. p. 231. : Dieu a donc encore un fils dans le monde, qui est le pré-  
 mier-né entre plusieurs frères, & tous ceux, qui ont l'honneur d'être ses  
 frères peuvent dire présentement par l'esprit d'adoption, Abba, Père.  
 (x) L. c. p. 230. : Aussi voyons-nous, que Jésus-Christ ne dédaigne pas d'  
 appeler ses frères, ceux qui au jour du jugement entreront en possession  
 de la vie éternelle par son moyen, *Matth. XXV. v. 40.* Entant que vous  
 avez rendu ces devoirs de charité aux moindres de mes frères, c'est à  
 moi-même que vous les avez rendus.  
 (y) L. c. p. 230 231. Et ne seroit-ce point pour cela que dans le Nouveau  
 Testament Dieu porte si souvent ce titre singulier, LE PERE, & si ra-  
 vement, pour ne pas dire jamais dans le Vieux ?



minianorum dudum explosum (z) vitam aeternam in V. T. promissam aut saltem clare promissam esse, negantium. Violentissima autem verborum CHRISTI (a) *Matth. XI v 27* est inuersio, cum quae de cognitione DEI salutari per CHRISTVM vnice obtinenda, adfirmantur, eo trahuntur, ac si DEI paternitas in N. T. demum a filio DEI manifestata sit, in V. T. ignorata vero fuerit. Pergit LOCKIUS ratiocinando: Quia per CHRISTVM fumus DEI filii & fratres, per eundem etiam haeredes euadimus vitae aeternae, (b) Recte, dummodo recte intelligatur! Sed petunt haec principium, & probandum adhuc est, filios DEI a DEO immediate prodire iussos, immortales necessario fieri, cum pii qua tales non sint filii immediate a DEO prodire iussi. Quod vero ex immediate productionis indole deriuandum erat, inter adoptionis bona referri nequit. Claudicat porro haec consecutio: Filii DEI adoptiui erunt immortales; ergo ADAMI a DEO immediate effecti imaginem immortalitatem fuisse oportuit. Eodem namque iure cetera bona tam huius quam futuri mundi, quibus filii DEI potiuntur, imaginis diuinæ primo homini concreditaes partes censerì possent. Praeterea perperam supponitur, haereditatem, quae DEI filiis distribuitur, esse vitam aeternam, quoad immortalitatem significat. Nam immortalitas spiritus nostri non ex adoptione, sed animæ essentia originem trahit. Corporis autem immortalitas, qua nec impii vi iustitiae diuinæ destituentur, haeredibus vitae aeternae quidem impertietur, sed totam non exhauriet haereditatem coelestem, vpropterea quae plura alia dona formaliter comprehendit. Ex oraculo Apo-

D 2

stolico

- (z) Vid. B. SCHOMERI *Colleg. Anti-Socin. C. XV. Quaest. I. p. 179.* & D. D. ZELTNERI *Breuiar. Controu. cum Remonstrantibus Contr. XXI. p. 168.*
- (a) L. c. p. 23: *Ce qui fait dire à Notre Seigneur dans St. Matthieu, Ch. XI, v. 27. Que nul ne connoit le Père que le fils, & celui à qui le fils l'aura voulu reueler.*
- (b) L. c. p. 231: *Et ainsi étant paruenus par son moyen à la gloire d' terre ses frère & les enfans de Dieu, nous sommes faits participans, par voie d' adoption, de l' héritage, qui lui apparteenoit par un droit naturel, comme étant le fils de Dieu par naissance; Et ces héritage consiste dans une vie éternelle.*

stolico ad *Rom. VIII. v. 23.* nil aliud colligi potest, (c) quam quod filiatio, vt Theologi loqui amant, sensu praegnantia sumta, filiationis fructus seu manifestatio iuxta *v. 19.* sit liberatio ab omnibus molestiis aerumnosae huius vitae, de quibus *v. 18. seqq.*

## S. XIV.

Neque contrarium ex *v. 54. vel 42, 43, 44, 1. Ep. ad Cor. XV.* exculpi potest. Nullus inter haec dicta parallelismus, quem praeter omnem rationem fingit LOCKIUS, licet vtrumque de resurrectione aut corporis immortalitate agat, ita tamen, vt posterius corporis non solum immortalitatem, sed & spiritualitatem & glorificationem, de quo diserta verba nos dubitare non sinunt, exponat. Id quod propter nouam obiectionem, quam ex *v. 49.* eiusdem Cap. format LOCKIUS, tenendum est: *A quoi il ajoûte vs. 49. inquit (d), Comme nous avons porté l' image de l' homme terrestre, (c' est-à-dire, comme nous avons été mortels ainsi qu' Adam notre Père qui étoit terrestre, du quel nous sommes descendus depuis qu' il fut chassé du Paradis) nous porterons aussi l' image de l' homme Céleste, & étant appelez, par voie d' adoption, à jouir de sa filiation & de son héritage, nous recevrons, en ressuscitant, cette adoption que nous attendons, & la redemption de nos corps, de sorte que conformes à son image, qui est l' image du Père, nous deviendrons immortels.* Ponamus vero de corporis imagine diuina hic agi, inde tamen elici nequit, (quod fieri vtiq; debebat) neque, quod mortalitas animae ac corporis ADAMI, & immortalitas vtriusque CHRISTI imago hic dicatur; neque, quod imago hominis terreni praecise sit mortalitatis & imago coelestis hominis immortalitatis status. Quemadmodum enim imago coelestis hominis denotat spiritualitatem

rem

(c) L. c. p. 231. 232. : C' est ce que St. Pauli confirme encore, lors qu' il ajoûte dans le Chapitre VIII. de son Epître aux Romains, vs. 23. : Nous soupirons en nous mêmes, en attendant l' adoption, savoir la redemption de notre corps : ce qui marque clairement que nos corps, qui sont fragils & mortels, seront changer en des corps spirituels & immortels au temps de la resurrection, lors que ce corps mortel sera revêtu de l' immortalité, comme St. Paul le dit positivement 1. ad Cor. XV. v. 54., ce qu' il exprime encore plus distinctement dans ce même Chapitre, en ces termes vs. 42-44. Il en arrivera de même dans la resurrection des morts &c.

(d) L. c. p. 232.

tem & naturam corporis, quod est glorificatum; ita imago terreni ADAMI nil aliud sibi vult, quam quicquid homini ex terra, tamquam materia ex qua compositus est, quamdiu corpus gloria coelesti & iis, quae spiritibus propriae sunt, dotibus praeditum nondum adeptus, vi materiae seu indolis terrestres adhaeret, ad quam tamen per peccatum & mortalitas adcessit. Immerito igitur ex eo, quod corporis habitus excellens & spirituum naturae propinquus, imago CHRISTI erit in altera vita, concluditur, quod imago filiorum DEI, adeoque etiam ADAMI integri sit immortalitas. Nam a glorificatione & spiritualitate corporis, qua caruit ADAMVS integer, ad immortalitatem; ab imagine beatorum in altera, ad imaginem viatorum in hac vita (quibus ADAMVS quoque nondum lapsus ascendendus est procul dubio) non V. C. Nihil solidior haec est illatio: Nos gessimus imaginem hominis terreni, quae est mortalitas: ergo ADAMI imago ante lapsum constitit in immortalitate. Verum quidem est, ADAMVM lapsum & nos omnes mortales esse, sed falsum est, mortalitatem hanc imaginis terreni hominis adpellatione h. l. insigniri. Terrenus enim homo, prout eum PAVLVS depingit v. 48. & opponit coelesti, designat quemcumque hominem, qui corpus adhuc habet naturale v. 44., nondum glorificatum, quo respectu nil impedit, quo minus ADAMVS integer homo ex terra & terrenus dici possit. Sed *καὶ ἀνθρώπων* disputo. Dudum Exegetae nostri praestantissimi (e) commonstrarunt, hominem terrenum corruptionem intellectus & voluntatis per lapsum inuectam; coelestem autem sapientiam & sanctitatem in altero seculo perfecte restituendam significare. Duplicem enim quaestionem proponit Apostolus v. 35.: alteram de statu; alteram de corpore resurgentium. Ad posteriorem primo loco responderet v. 36-46. Quo facto priorem de resurgentium statu v. 47-50. expedit, & beatis tribuit imaginem DEI ADAMI corrupti imagini oppositam, quoad intellectum & voluntatem, quae imago CHRISTI dicitur, quia in CHRISTO homine sapientia & sanctitas erat perfectissima. Vltimum denique per fugium quaerit LOCKIUS in verbis optimi SALVATORIS Luc. XX. v. 35. 36. vbi

D 3

beati

(e) B. SEB. SCHMIDIUS *de Imag. Dei Part. I. C. XVI. p. 301.* & B. LVT-  
KENIUS *C. II. B. II. l. III. Disq. III. p. 291. seqq.*

beati vocantur filii DEL, quia sunt filii resurrectionis (f). R. 1. Non intelligitur resurrectio seu immortalitas simpliciter, sed ea, quae fit ad gloriam & beatitudinem aeternam, ut planum est ex *ἰσαγγελία* v. 36., & praemio, quod in resurrectione latere haud obscure innuitur v. 35. Quod nisi admittatur, impii, qui filii DEL non sunt, resurgere non possent. R. 2. Filiatio DEL & resurrectio non ut causa & effectus; sed ut connexa & concomitantia h. l. coniunguntur. Ceteroquin ab *ἰσαγγελία* (quae resurrectione tamen est posterior) tamquam causa, immortalitas quoque tamquam effectus repeti deberet. R. 3. Patet, hic agi de filiis DEL consummatis seu ad gloriam iam perductis (quo sensu *ἰσοθεσία* adhuc expectanda commemoratur ad Rom. VIII, v. 21.) Tales autem filii DEL consummati existere incipiunt, dum filii resurrectionis fiunt, h. e. iuxta v. 35. digni a DEO habeantur, qui ad gloriosam vitam ab inferis sint excitandi (g).

## §. XV.

Vt in statu primaeuae immortalitatis & felicitatis ADAMVS perflisteret, obsequio perfecto opus fuisse credit LOCKIUS; sed vires, quibus obedientiam istam ad salutem suam prorsus necessariam DEO praestaret primus homo, sufficientes ei non tribuit.

## §. XVI.

Obsequium homini recens creato omnibus numeris absolutum incubuisse, quo concessam sibi per creationem immortalitatem & felicitatem conservaret, variis rationibus confirmat Auctor. Et DEL sanctitati & hominis naturae rationali non aliud, nisi perfectum obsequium convenire ait (h), nostrarumque partium esse, ut divinis ius-

fis

(f) C. XI. p. 232. : *Ecoutez ce que Jesus-Christ dit lui-même sur ce sujet, Luc. XX. v. 35. 36. Ceux qui se ont jugés dignes d'avoir part à ce Siècle-là & à la résurrection des morts, ne prendront, ni ne seront pris en mariage. Car ils ne pourront plus mourir, parce qu'ils seront semblables aux Anges, & qu'ils seront fils de Dieu, étant fils de la résurrection.*

(g) Doctæ haec explanat Max Reu. D. D. RUVIUS, *Harm. Evangelist.* T. III. p. 195. 196.

(h) C. I. p. 17. 18. : *Cette loi étoit celle qu'il falloit pour être digne de la sainteté de Dieu qui en étoit l'auteur; & celle que doit être une loi destinée à la conduite d'une créature comme l'homme, a moins que Dieu ne*

est

sis exacte obtemperemus (i). Legem operum, quotquot eam seruent, vitam & felicitatem polliceri (k), siquidem obsequio perfecto ius vitæ acquiratur (l) : Iis autem, qui hanc migrent, mortem comminari

*elle voulu en faire un être raisonnable sans pourtant exiger de lui, qu'il menât une vie conforme à la raison, & non seulement cela, mais qu'il eût même pris plaisir à le voir agir d'une manière directement contraire à cette lumière naturelle, qui est au dedans de lui, & aux règles de justice, qu'il sont les plus conformes à sa nature, par où il est clair que Dieu auroit autorisé se lui-même le desordre, la confusion & l'impiété dans ses Créatures. Or que cette Loi, qu'il donna à Adam & à toute sa postérité fût la loi de la raison, ou, comme on l'appelle ordinairement, la loi de la nature, c'est ce que nous verrons bien-tôt. Cela posé, si des créatures raisonnables ne prennent point la raison pour règle de leur conduite, comment pourra-t-on les excuser? Si vous leur permettez de s'éloigner de la raison dans un point, pour quoi ne leur permettez-vous pas de le faire dans un autre? Où vous arrêterez-vous? Désobéir à Dieu en quoi que ce soit qu'il commande (or il ne commande rien qui ne soit entièrement conforme à la raison) c'est une rébellion manifeste; & si on est dispensé de lui obéir dans un article particulier, tout ordre & tout gouvernement est anéanti; & il n'y a plus moyen de mettre des bornes à la licence des libertins. Par conséquent la loi étoit, comme dit St. Paul Rom. VII. v. 12 sainte, juste & bonne, telle en un mot, qu'elle devoit être, & elle ne pouvoit point être autrement.*

- (i) Cap. III. p. 26. : C'est une maxime fondée sur la loi naturelle, que l'homme est tenu d'obéir à tout commandement positif, qui émane de Dieu.
- (k) C. III. p. 20 : Et voici quel est le langage de cette loi (des oeuvres) ; Fais ceci, & tu vivras &c.
- (l) C. II. p. 13. 14 : De ce, qu'il peut prétendre en vertu de sa propre justice. En effet l'Ecriture établit, ce semble, assez nettement, que tout homme juste, c'est à dire, qui observe exactement la loi de Dieu, a droit de prétendre à la vie éternelle. Rom. IV. 4. A celui qui travaille, c'est à dire, qui pratique les commandemens de la loi, la récompense ne lui est pas comptée comme une grâce, mais comme une chose QVI LVI EST DVE; & dans l'Apocalypse XXII. v. 14. : Heureux sont ceux, qui font ses commandemens, a fin qu'ils AYENT DROIT a l'arbre de vie, c'est à dire au Paradis céleste. Et paulo post, vocat, une vie éternelle & bien heureuse la récompense due à justice. Sic C. XI. p. 242 : Une obéissance parfaite, inquit, est la justice, qu'exigeoit la loi des Oeuvres, & sous cette Alliance la récompense auroit été donnée comme une chose due & non pas comme une grâce. Vnde perspicitur, LOCKIUM his verbis eorum in crustare errorem, qui in foedere operum ex merito de congruo, aut jure quodam alio vi-

tam

nari (m), supremaeque iustitiae consentaneum videri, ut, qui vnum, vel minimum legis transgrediantur apicem (n), mortis rei sint immortalitate & felicitate priuandi. Immutabiles has esse veritates, quae in ADAMO non minus, quam posteris eius locum inuenerint. Legem enim operum non tantum Mosaica illa lege Morali comprehendendi (o); verum etiam iure naturae p) interdicitque illo Paradisiaco (q) de non comedendo arboris scientiae boni malique fructu. Vtrumque hoc posterius ADAMO praescriptum fuisse (r). Quapropter is etiam peccato illo vno (s) immortalitatem & felicitatem omnem penitus excusserit. Ex quibus haud difficulter colligitur, quo sensu LOCKIUS C. I, p. 3. scribat: *Quiconque lira l'écriture sainte dans cet idée & avec un esprit libre de tout préjugé, verra sans peine, que l'état duquel Adam dechut par son péché, étoit un état d'obéissance parfaite.* Nil enim aliud innuit, quam quod ADAMVS in illo non permanserit obsequii perfecti statu, quem DEVS ab eo postulauerit; quemque non deserere debuerit aut potuerit ipse, nisi cum immortalitatis & felicitatis iactura.

§. XVII.

tam aeternam ADAMO debitam fuisse contendunt, notati a B. WERNSDORFIO *Disput. Theol. de erroribus Evangelica* §. XLII. p. 64. seqq. & WITSIO *Oecon. foed. DEI L. I. C. III. §. XXVI. p. 33.*

- (m) C. III. p. 20: D'un autre côté, la loi crie, celui qui pèche, doit mourir sans remission, il n'y a ni grace ni pardon à espérer pour lui.
- (n) C. II. p. 14. 15.: Il semble que c'est une règle immuable de la justice divine, qu'un homme injuste, ou qui est coupable d'avoir violé le moindre article de la loi, ne doit point entrer dans le Paradis: mais que le péché doit être à chaque homme en particulier, aussi bien qu'à Adam un gage de son exclusion de ce bienheureux état d'immortalité & l'entraîner en fin dans la mort &c.
- (o) C. III. p. 20. 21.: Cette loi des oeuvres se rencontre, comme nous l'enseignent le Nouveau Testament dans la loi, qui a été donnée aux hommes par le ministère de Moïse &c.
- (p) C. II. p. 17.: Or que cette loi, qu'il donna à Adam & à toute sa postérité, fût la loi de raison, ou, comme on l'appelle ordinairement, la loi de la nature. Conf. C. III. p. 22.
- (q) C. III. p. 22.: Ainsi la défense que Dieu fit à Adam de manger de l'arbre de science faisoit partie de la loi des oeuvres.
- (r) *Locis modo citatis: C. II. p. 17. Or quo-nature. & C. III. p. 22. Ainsi-oeuvres.*
- (s) C. I. p. 4. --- c'est à dire, qu'il (Adam) perdit la félicité & l'immortalité toute ensemble, coll. n. (i).

## §. XVII.

Nihil, quod ad vires DEO parendi adinet, ADAMO prae nobis eminentiae adscribit LOCKIVS, adeoque debitis hominem primum exiit sancte viuendi viribus. Nam data opera de statu hominis primi ante lapsum & imagine diuina tractat; Vtriusque bona & rationem formalem iuxta hypothefes suas exponit. Nullum autem virium perfecte Summo Numini obsequendi facit mentionem, licet alias ADAMI nondum lapsi praerogatiuas recenscat. Quis a Philosopho tanti acuminis ea praetermissa esse sibi persuadebit, si homini singularem quandam facultatem legem diuinam cognoscendi & implendi, quae post lapsum abierit, impressam fuisse, opinatus esset? 2. Facultas voluntati supremi legislatoris satisfaciendi aliunde, Scriptura S. praeunte, deriuari nequit, quam ab imagine diuina. Sed hanc in immortalitate tantum collocat LOCKIVS, vt paullo ante ostensum est. 3. Per lapsum nulla LOCKII arbitrio in ADAMVM vel eius posteros deriuata est corruptio, nil amissum est, praeter immortalitatem cum felicitate coniunctam, vt ostensurus essem, si ad Lockianas de statu post lapsum opinioniones ingredi fas mihi iam esset. Nil itaque, si ab immortalitate & felicitate Paradisiaca discesseris, habuit ADAMVS ante lapsum, quod eius posterius non habeant, nil his deest, quod in ipso nondum lapsu fuit. Sed ADAMI posterius sunt peccatores, omnesque peccarunt (t) non possunt legem diuinam implere, (v) sunt tenebris immergi, prauisque passionibus obnoxii, (x) sunt corruptissimi, erroribus vitiiisque commaculati, (y) indigent lege fidei & (z) Messia ad restaurandam pietatem

E

- (t) C. II. p. 16.: Or comme tous les hommes ont péché &c. Nec non l. c. p. 18. parce que tous les hommes ont péché &c.  
 (v) L. c. p. 16. appellat legem operam vus loi si sévère, qu' aucun des Descendants d' Adam n' a pu l' accomplir jusques au temps des Apôtres.  
 (x) C. IX. p. 242: Il (Jesus) connoissoit fort bien notre nature, & la faiblesse de notre tempérament. C. XIV. p. 295: C'est dans cet état de ténèbres & d' erreur que se trouuoient les hommes à l' égard du véritable Dieu, lors que Jesus-Christ parut sur la terre.  
 (y) C. XV. p. 334. --- s'il (quelqu' un) ne sent point ses propres erreurs: & ses passions qui le portent continuellement au mal & qui souuent prévalent sur les règles les plus étroites de son devoir; il n' a qu' à jeter les yeux au dehors sur chaque siècle, pour en être pleinement convaincu.  
 (z) C. III. p. 18. parce que tous les hommes ont péché, & que la mort est par-

tout

tarem mittendo, (a) iuvari debent a Spiritu S (b) Tales cum hi sint, quae potuit ADAMO facultas inesse, diuinis iussis omni ex parte obtemperandi? Par enim parium est ratio.

## §. XVIII.

Quid in Lockiana hac doctrina album, quid atrum mereatur calculeum, haud obscurum esse potest. ADAMVM cum posteris ad obsequium perfectum DEO praestandum obligatum fuisse, verissimum est. DEVM id ad ab eodem poposcisse & sub hac ei conditione gratiam suam vitamque perennem esse pollicitum, credimus. Hominem primum, si Numini secundum eius praescriptum obsecutus fuisset, felicitatem tam huius vitae sibi conseruaturum, quam alterius obtenturum fuisse, nobis haud inuitis adseritur. Nullum autem hic debitorum ex parte DEI, vel meritum ex parte ADAMI adgnosimus. Quaecumque sperare poterat homo primus, a gratuita benignissimi veracissimique DEI promissione debebat expectare. *Τὸ ἀποδόξασαι αὐτὸν ἢ ἀνταποδοθῆναι αὐτῷ* ad Rom XI, v. 35. Vel perfectissimum D<sup>o</sup> O praestans obsequium nihil sibi esset promeritus, quia non alia fecisset, quam quaecumque officii sui ratio postulabat, Luc. XVII, v. 10. Quod autem LOCKIUS hominem viribus perfectum obsequium DEO praestandi exuat, id nullo modo ferendum est. Natura enim hominis rationalis, quatenus ab imagine diuina abstrahitur & absque corruptione spectatur, non quidem eum ineptum facit ad officia illi praescripta seruanda, neque tamen huic fini sufficit. Pura enim naturalia si absque ulla prauitate mente concipiantur, hominem quidem producunt rationalem, qui bonum tam intelligere quam eligere possit: nondum tamen eum efficiunt creaturam, quae summum Numen non possit non vt par est adgnosere ac venerari. Verbo cum indif-

tout le gage du péché après la résurrection aussi bien que deuant: en ce cas-là dis je, la résurrection que nous receurons par Jesus Christ ne nous seroit pas d'un grand secours, si Dieu n'avoit établi un autre moyen de justifier les hommes, je veux dire, tous ceux qui rempliroient les conditions portées par une loi différente de celle dont nous venons de parler. l. c. p. 26. 27: Mais les chrétiens fideles ont, outre cela le privilege d'être sous la loi de la foi: Loi par laquelle Dieu justifie un homme à cause qu'il croit, bien qu'a considerer ses actions il ne soit point juste, c'est à dire, bien qu'il ait manqué d'accomplir exactement la loi des oeuvres.

(a) C. XIV. p. 290. §. 94.

(b) loc. c. p. 333. §. 94.



indifferentia ad verum & falsum, ad bonum & malum consistere possunt, nondum autem habitualement perfectionem seu determinationem constituunt. Adcedere debebant vires gratiae naturam primi hominis interne perficientes, vt huic scopo obtinendo apta esset atque idonea. Haec qui cum LOCKIO tollit, homini non sufficientes sancte viuendi vires relinquit. Tunc autem perfectum obsequium fuisse partim iniuncta, partim illusoria conditio a DEO requisita. Exposcere enim a quoquam, quod (sive de iure, sive de facto) perficere nequit, nil aliud est, quam iniuste cum eo agere, vel illi illudere. Verumque vero a DEO sanctissimo, optimo, veracissimo remouent sacrae literae, dum imagine diuina ADAMVM exornatum eaque vires sufficienter DEVM cognoscendi, colendi eique obediendi comprehensas fuisse, restantur.

## §. XIX.

Sat copiose diluisse me reor, quaecunque de florentissimo primo hominis statu minus recte commentatus est LOCKIUS. Id equidem mihi non sumo, me vbiuis aequaliter stetit in campo, in quo versatus sum, quique in Systemate veritatum Theologicarum non exiguum trahit momentum. Theologi quippe soli sunt, qui de pristina humani generis fortuna, solidi quid ex Scriptura S. depromere valent. Qui ab hac discessionem faciunt, in mera incidunt figmenta, nec maioris faciendi sunt, ac Poetae, nescio, quae aurea secula mundi primaeui canentes. Conticescit enim hic omnis Philosophia, nisi quod existentiam melioris seculi, quod olim fuit, ex bonitate DEI, a qua homo non potuit, vti nunc est, corruptus produci, generatim colligat atque coniciat. In specialioribus ad vnicum verbum diuinum oculos reflectere par est, quod succinctam quidem at sufficientem tan en nobis ad salutem eius suppeditat descriptionem. A cuius diuino lumine dum aberrantem deprehendi LOCKIUM, ea qua par est modestia, ne alii hisce sententiis decipiantur, illi obuiam eundem esse duxi. DEO quod reliquum est, quantas maximas animus meus capere potest, per solam gratias, pro praestito mihi, dum in hocce negotium incumberem, diuino auxilio, eundem implorans, velit nos omnes in corrupta hae mundi aetate sic ducere atque dirigere, vt finito hocce aeuo noua eaque perfectiora in coelo viuere incipiamus integritatis secula.


S. N. D. B. I. S. S.


Pag. 13. in nonnullis exemplaribus irrepsit lin. 29. loco ἀνάγειν ἐκείνων; l. seq. loco ἀδυνατῶν ἀδυνατῶν. Sic p. 14. l. 13. legitur LIMBORCHIVS pro LIMBORCHIVS. Quas & hisce similes mendas ob chartarum angustiam haud commemorandas B. L. pro humanitate sua corrigat, rogamus.


**PRAESTANTISSIMO HVIVS DISSERTATIONIS**  
**AUCTORI ET RESPONDENTI,**  
**DN. ZACH. DAVIDI SCHVLEMANNO,**  
**AVDITORI HACTENVS SOLLERTISSIMO,**  
**AMICO SVAVISSIMO,**  
**F. Q. A.**  
**IO. CHRISTIAN. BVRGMANN.**

**A** Nnus iam labitur quintus, ex quo Musus iuxta Varium nomen dedisti. Non, quemadmodum maleferiati quidam solent; sed prout ingenuum sacrarum litterarum alumnus decet, **VIR CLARISSIME**, tempus & operam collocasti. Testis non modo sunt Professores huius Almae famigeratissimi, quos auscultasti quam diligentissime; verum etiam subsellia tam Opponentium, quam Respondentium, quae praeclare vicibus una pluribus ornasti, idem loquuntur. Ceteris relictis, recordamur omnes, quam mascule mensibus abhinc aliquot in cathedra steteris philosophica, de auctiore Epistolae ad Hebraeos, Praefide Excell. Dn. M. IAC. CHRISTOPHORO WOLFIO, Graec. Litter. Prof. P. O. celebratissimo, Collega atque Adhuc aequatissimo, publice disseveris. At nequirit intra haec specimina TVA contineri virtus, ad summam quacuis contendens. Haud prius enim TIBI hinc ad superiorem Saxoniam discendum esse, ratus es, quam dissertationem aliquam Theologicam proprio Marte litteris consignares, me Praefide ventilandam. Arduum ingressus es stadium cum IO. LOCKIO, profundi ingenii Philosopho, sed in diuini mysteriis sibi nimium indulgente, congressus. Neque tamen infelicitate, quod reor, DEO duce, tuopre acuminis id emensus es. Ipse quidem nonnumquam, sed rarius, TIBI subuenire haud desisti; at TVVS hinc tamen non desinit esse triumphus. Meum illud facere nec possum, nec volo. Neque dubio, quanta cum dissentientibus conciliandi promittitur sit instructus, in publico conspectu intelleturos omnes fore. Impense laetor de spe, quam illustris KLEINIORVM sanguis, quo cales, & inuistratus discendi ardor, quem nunquam non adhibuisti, mihi ab inuente aetate Academica fecerim certissimum, magna ex parte iam impleta. Gratulor TIBI TVISque, & Ter Optimum Numerum intime veneror, ut veritatis pietatisque iramitem inoffenso subinde pede decurras, tandemque ad fastigium, quod **ALTISSIMVS** TIBI praestituit, feliciter ascendas. Etiam atque etiam vale. Scribes Rosochii

d. xvii. Augusti. Ao. AE. CHR. cclxxxvii.







102 183

ULB Halle 3  
004 303 75X





f

sb.

PD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

49.

שסג

DISSERTATIO THEOLOGICA,  
 DE  
**STATV**  
**INTEGRITATIS,**  
 QVEM  
**IOANNIS LOCKII**  
 CHRISTIANISMVS RATIONABILIS  
 TRADIT,  
*AVSPICE DIVINO NVMINE*  
 CONSENTIENTE MAXIME REVER. THEO-  
 LOGORVM ORDINE,  
 PRAESIDE  
**DN. D. IOANNE CHRISTIANO**  
**BVRGMANN,**  
 THEOL. PROF. P. O. ET. AD. AED. SP. S. PASTORE,  
 IN *ACADEMIA VARNO-BALTHICA,*  
 H. LCQVE CONSVETIS,  
 A. C. CCCCXXXVI. D. XXV. AVGVST.  
 PVBLICE DISCEPTANDA,  
 ABS  
 AVCTORE ET RESPONDENTE,  
**ZACH. DAVID SCHVLEMANN,**  
 SVLZA - MEGAPOLITANO.

ROSTOCHII,  
 Typis IO. IAC. ADLERI, SERENISS. PRINC.  
 & ACAD. Typographi.

47.

